

LEBENSLEBEN

Bd

145



Baratys

- 1) da Spina,
- 2) L. S. A. P. Taroungy
- 3) Fitesacis,
- 4) da Verona

3

VETERIS
ECCLESIAE
GALLICANAE

QUERELA.

IOANNE FILESACO,
Theologo Parisiensi exscribente.



LVTETIAE,
Apud BARTHOLOMÆVM MACÆVM,
sub scuto Britanniae, in monte
D. Hilarij.

M. D C. III.
Cum gratia & privilegio Regis.

Jean Filasac

VETER

FOURTH

GALLIEN

LIBRARY

JOHN KE. FLESCOO

THE UNIVERSITY OF



THE UNIVERSITY OF

LIBRARY

FOURTH

LIBRARY





RERVM PRÆCIPVA-
RVM INDICVLVS.

1. **V**eterum Christianorum pia largi-
tiones. 2 b
2. Quales Ecclesiæ opes, & in quos usus. 3 a
3. Pauperes duplicis generis ab Ecclesia alendi.
Ibid. b
4. In Italia, ante Clodouæi R. tempora, sa-
crilega dissipatio bonorum Ecclesiæ. 5 a
5. Vnde natum hoc in Italia sacrilegium. ib. b
6. Coniectura firmata ex bellis ciuilibus Fræ-
cicis sub Clotarij R. I. filius, & antea 6 a
7. Laici Parœciarum inuasores. ibid. b
8. Canon Concilij Aruernensis ex Capitul.
emendatus. ibid. b
9. Clotarius R. ab iniurioso Archiep. Turon.
reprehensus. 7 a
10. Martellus non est auctor in Gallia pro-
phana dispensationis rerum Eccles. ib. b
11. Martellus cur viris militaribus Beneficia
Eccles. concessit. 8 a
12. Loculus ex Epistola D. Bonifacij Mogun-
tin. Archiep. explicatus. ibid. a

† ij

I N D E X.

13. *Abbates ad bellum proficiscentes, sub Meroungis Reg.* 10 a
14. *Laici Abbates.* *ibid a*
15. *Locus ex Concilio Sueffionensi correctus.* *ibid. b*
16. *SS. Reliquiæ apud Francos in bello deportari solite.* *ibid. b*
17. *Capellani Presbyteri qui, & unde dicti, varie.* *ibid. b*
18. *Tentorium, pro Cappella Castrensi, ex Vincentio Bellou.* *ib. b*
19. *Sub Carolo M. Episcopi & Abbates, milicie nomen dant.* 11. a
20. *Maiestatis vox, pro Imperatore, euo Caroli M.* *ibid. a*
21. *Maiestas Regia, pro Rege, Caroli Calui regno.* 11 b
22. *Laici prædia Ecclesiarum à Carolo M. in beneficium accipiunt.* 12 a
23. *Beneficij vocabulum unde, & quàm alieno sensu.* *ibid. b*
24. *Examinatur C. 2. Adrianus D. 63. ex Gratiano.* 13 a
25. *Ius nominationis ad Episcopatus non Carolo M. sed Pipino patri antea concessum à P. R.* *ibid. a*
26. *Laicis monasteria concessa.* *ibid. b*
27. *Monasterij Cluniacensis auctor & con-*

INDEX.

27. Editor primus contra vulgi opinionem.
 14 b
 28. Ludovicus Pius A. dolet à se Laïcis concessa Monasteria, sanctiones de eare.
 ibid. b
 29. Precaria quæ dicantur in Capitul. 15 b
 30. Precaria in usu tempore Clodouæi R. 1.
 ibid. b
 31. Precaria explicantur ex Concil. 3. Turonon. & Capitul. 16 a
 32. Locus ex Capitul. emendatus. 17 a
 33. Laïcis rerum Eccles. dispensatio prohibita, ex variis. ibid. a
 34. Emendata vox ex lib. 2. Capit. ib. b
 35. Ad verbum, quid, in eod. cap. ibid. b
 36. Episcopium pro Ecclesia Cathedrali. 18 b
 37. Pecunia mutuo accepta ab Ecclesia, à Regibus in belli subsidium. 19 a
 38. Episcopi & Abbates in castris sub Ludouico Pio A. ibid. b
 39. Caput è lib. 7. Capitul. explicatur. ib. b
 40. Ludovicus Pius A. minus cantus in delingendis Episcopis. 20 b
 41. Hugo Caroli M. filius notus, primus in historia Gallica, Abbatias plures possidisse memoratur. 21 b
 42. Ebroinus Pictauiensis Episcopus, primus Abbatiam una cum Episcopatu posside-



INDEX.

- dit. 22 a
43. *Episcopi & Abbates sub Carolo Caluo, tenebantur milites in Regia castra mittere & alere.* 23 a
44. *Solatium, Adiutorium, Seruitrium, vocatur hæc militaris manus suppeditata ab Eccles.* *ibid. a*
45. *Precariae sublatae à Carolo Caluo, quo patet.* 24 a
46. *Clerici Palatij, Clerici Capellæ Regiæ, qui, & quo in prætio.* 25 a
47. *Carlomanno Caroli Calui F. Abbatia plures tributa.* 25 b
48. *Canon cõcilij Meldensis explicatur.* 26 a
49. *Laiici Abbates Car. Cal. R. Monachos more Abbatum Relligiosorũ regunt.* 26 b
50. *Laiicis Abbatia concessa ad tempus, à Carolo Cal. R.* 27 a
51. *Abbatia Bosoni Comiti concessa à Car. Cal. R. in præmium lenocinij.* 27 b
52. *Abbatia una, pluribus laicis concessa.* 28 a
53. *Abbatiole quid.* *ibid. a*
54. *Decani, Rectores monachorum sub Laicis Abbatibus.* 28 b
55. *Cella olim qui nunc Prioratus.* 29 a
56. *Honores qui dicuntur collati una cum Abbatibus apud scriptores hist. Gall.* 29 b

I N D E X.

57. *Viguerij lapsus, in Hugone magno, Hugonis Cap. P.* 30 a
58. *Locus ex Epist. 44. Lupi Ferrariens. corruptus, planè restitutus.* 31 a
59. *Ludouico Balbo R. Præfecturæ Prouinciarum Abbatij comparatæ.* 31 b
60. *Gozlinus Episcopus Parisiensis, Abbas S. Germani Parisien. & S. Dionysii ad urbem.* 32 a
61. *D. Mederici Abb. transl. quo temp.* 32 b
62. *Abbatia mulieri donata.* 33 b
63. *Odalricus Aquensis Episcopus, primus in hist. Gall. Confidentarius describitur* 34 a
64. *Abbatia, à Ludouico Ultramarino R. matri adempta, uxori concessa.* 35 a
65. *Infœlix exitus Laïcorum Abbatias occupantium, & mira eius rei historia.* 35 b
66. *Parœcia à Laïcis in Italiâ possessæ.* 36 a
67. *Canon concilij in Trullo explicatus, & amplior visus quàm censeat Balsamo.* 36 b
68. *In Ecclesia & Imperio Orientali quando Laïci Beneficia Eccles. inuadere cœperunt.* 37 a
69. *Episcopatus & Monasteria occupata à Laïcis: vigente hæresi Iconomachorū.* 37 b.
70. *Imperatores Constantinopolitani Laïcis*

INDEX.

- prædia Eccles. attribuebant. 38 b
71. Laici Patriarchali Constantinop. dignitate ornati ab Imp. Constantinop. 39 a
72. Episcopi Orientales quo pacto Abbatias una cum Episcopatu retinerent. 39 b
73. Adelpata, quid Græcis. ibid. b
74. ορησια, quid Græcis. ibid. b
75. Oeconomus primum Laicus, deinde clericus in Oriente. 40 a
76. Oeconomus Eccles. Cathedralium, & Archieconomus. ibid. a
77. Patronatus Laici quæ origo & praxis in Oriente. 41 a
78. Hugonis Capeti R. antequam Rex fuisset renūciatus, relligio in Beneficiis Eccles. retinendis. ibid. a
79. Laici Ecclesiast. rerum, iniqui possessores sub Capetis. 41 b
80. Laici, aut excusant, aut transferunt crimen. 42 a



VETERIS
ECCLESIAE
GALLICANÆ
QUERELA.

Ad Religiosiss. Dionysium Argenterium
Abbatem Claræ-uallis.

JOANNE FILESACO THEOLOGO
Parisiensi exscribente.



EMINISSE te arbitror, (*Integerrime Argenterii*) cum Romæ essemus, & vnâ ad Diocletiani thermas profecti Religiosorū, qui hîc degunt viuendî genus, & formam nō indiligenter obseruaremus, tunc à me sermonē habitū de ijs, qui apud nos eiusdem instituti existunt, quos, citra inuidiam, longè perfectiorem & feueriorem anachoretum profiteri, publico & nostrorum &

A

ECCLESIE GALLICANÆ

externorum hominum iudicio, affeuerabam. Tu verò Gallia nostræ fatum deplorabas, in qua cum tam varia & planè diuinitus excitata Monastica instituta conspicerentur, nullum tamen cum isto vlla in parte videretur esse cõferendum, in quo pura & illibata disciplina Monastica seuerissimè seruaretur: in cæteris aut perexiguum veteris illius disciplinæ vestigium cerneretur, aut ipsa penitus collapsa & planè intermorta iaceret; Tu priscos illos Religiosorum ordines dicebas, non autem nuperosistos & veluti succèturiatos. Atque illud magis dolendum esse aiebas, morbum esse eiusmodi, vt remedium quodlibet auersaretur & omnino respueret. Causas tanti mali sciscitabamur, eæ varia nobis occurrerunt, vnã repeto, mitto cæteras: Monasteria ab indignis possessa vel vt rectiùs dicam, sacrilegè vsurpata, & ab ijs maximè, quos rem vxoriam curare, & vt loquitur D. Hieronimus, bella libidinum experiri oporteat. De ea re pridem aliquid in nostris Annalibus Gallicis adnotaueram, illud collegi, digessi, ad te mitto. In Gallia veteri Galliam nostram quæsiui,

*D. Hieron.
in C. 17.
Hyerem.
prophe.*

& quidem deprehendi in hanc partem
 olim ab ea peccatum gravissimè, sed
 cuius exitio? Gallix nostræ. Clementis-
 simus Deus auertat. Apud Senecam: *Senec 2,*
 Deum bona rogare oportet, mala de- *quest. Nã-*
 precari, rogare, vt promissa firmet, de- *tur. C. 34.*
 precari, vt remittat minas. Ea Benefi-
 ciorum Ecclesiasticorũ dispensatio ac-
 que distributio dissensionum civilium,
 Diuina quadam Nemese, fomes perpe-
 tuus. Volue historias nostras & mihi e-
 tiam iniurato credes. Sed calamitates
 publicæ tractandæ & commemorandæ,
 vt medici solent alta vulnera obducta
 cicatrice, manu scilicet pēdente, ait Pa- *Pacat.*
 catus Drepanius noster. Sæculum vnum *Drepan.*
 & alterum Carolinæ stirpis attingo, *in Panegy.*
 Ecclesiam Gallicanam integerrimam *ad Theodosi.*
 & castissimã antea virginem, tunc tem-
 poris aded fœdatam & constupratam,
 veluti publicarum libidinum victimam
 aliquam ob oculos pono. Et quidem à
 Merouingis duco initium, quanquam
 sacrilega hæc cupiditas nõndum in a-
 pertam prorupisset impietatem, dem-
 pto vnus Martelli principatu, quemad-
 modum sæculis sequentibus, in Caroli
 Magni stirpe, licet alioquin illa ætatē



ECCLESIAE GALLICANÆ

Clerus Gallicanus Simoniacæ Hæreseos laboraret infamia. De Beneficijs, quæ Laicis dissipanda commissa sunt, sermo est. Aevi nostri sacrilegium in illo veteri poteris intueri, vtinam successu & euentu dispari. Rem totam verbis vsitationibus & ad vulgi notionem magis accommodatis explicauit, Tuus erga me amor & tuæ pietatis, integritatis, omnis denique virtutis apud me existimatio & veneratio, hoc à me extorsit.



CHRISTIANORVM veterum in Ecclesiam & sacrum Christi cœtum, vel ipsius, vix dum natæ, initio profusam liberalitatem, maiore multò, eiusdem pubescentis sæculo, nemo est in rebus nostris Christianis aded peregrinus, qui nesciat. Elegatissimè illud expressit Aurelius Prudentius libro *dei sequarum* hymno D. Laurentij, vbi inducit Præfectum vrbi sic alloquentem Martyrem ipsum,

*Prudent. in
hymn. D.
Laurent.*

I

*Tunc summa cura est fratribus,
Vt sermo restatur loquax,
Offerre fundis venditis*

Q U E R E L A .

Sesteriorum millia,
 Addicta Avorum prædia,
 Fœdis sub auctioribus
 Successor exhaeres gemit,
 Sanctis egens parentibus,
 Hæc oculuntur abditis
 Ecclesiarum in angulis,
 Et summa pietas creditur
 Nudare dulces liberos.

Ecclesiam ita locupletatam variisque
 & maximis auctam opibus nemo lai-
 retur, cum illius beneficentia & sollici-
 tudine quamplurimi fidelium vitam su-
 stentarent. Prædia, terræ, vineæ, man-
 cipia, atque peculia Ecclesiæ donaban-
 tur, ut recensent Episcopi Gallicani, 2
 Concilio Aurelianensi primo, sub Clo- Concil.
Aurelian.
l.c. 17.
 doueo Rege. Adde oblationes, quæ
 ad altare offerebantur, tum etiam deci-
 mas quin & obligationes, sic enim ijdē
 Episcopi appellant; lus, ut ego arbi- Ibid. c. 7.
 trator, Regium, aut in rebus quibusdam,
 aut in personis sibi vendicadis. Sed cu-
 iusmodi fuerit harum rerum dispensa-
 tio, ex eodem Canone septimo istius
 Concilii intelligere licet. Id esse iustissi-
 mum definimus, aiunt Patres, ut in re-
 parationibus Ecclesiarū, alimonijs Sa-

ECCLESIAE GALLICANÆ
cerdotum, & pauperum refectioe, vel
redemptionibus captiuorum, quidquid
Deus in fructibus dare dignatus fuerit,
expēdatur. Non aliter Episcopi & Gal-
liarum & Germaniæ Concilio Aquif-
granensi sub Ludouico Pio Imperato-
re. Res Ecclesiæ, sicut à sanctis Patri-
bus traditur & in superioribus Capitu-
lis continetur, vota sunt fidelium, pre-
tium peccatorum, & patrimonia paupe-
rum. Fideles namque fidei ardore &
Christi amore succensi, ob animarum
suarū remedium & cœlestis patriæ de-
siderium, suis propriis facultatibus san-
ctam locupletem fecerunt Ecclesiam, vt
his ministri Christi alerētur, & Ecclesiæ
exornarentur, pauperes recrearentur &
captiui pro tēporū opportunitate redi-
merentur. Non abs re hi Episcopi, cūm
res Ecclesiæ patrimonia pauperum ap-
pellāssent, ea partim Clericis, partim
cæteris egentibus assignāruunt, quo pau-
peres duplicis generis esse in Ecclesia
significāruunt. Prioris generis sunt ipsi
Clerici, qui diuino ministerio sunt mā-
cipati, quorum in primis cura habēn-
da sit. Ita censet Synodus Romana, sub
Symmacho Papa. De donis autem san-

Conci. A-
quisgranē.
c. 106.

Conc. Rom.
c. 106.

QVERELA.

atorum, id est Catholicorum virorum,
 vel matronarum, quæ offeruntur Ec-
 clesijs Dei, pascantur pauperes spiritu,
 id est serui Dei, & cuncti Ecclesiastici
 ordinis, degentes castè & piè sub regu-
 la Christi. Prosper lib. 2. de vita con-
 templatiua, interpretans Pauli verba,
 Dominus ordinauit omnibus, qui Euân-
 gelium annuntiant, de Euangelio viue-
 re, quid est, inquit Prosper, de Euange-
 lio viuere, nisi laborantem inde, vbi la-
 borat necessaria percipere. D. Hieroni-
 mus antea. Si autem ego, inquit, pars
 Domini sum & funiculus hæreditatis
 eius, nec accipio partem inter ceteras
 Tribus, sed quasi Leuita & Sacerdos
 viuo de Decimis, & altari seruiens alta-
 ris oblatione sustentor. Erant & alte-
 rius generis pauperes alendi:

*Stabant cateruæ pauperum,
 Inculta visu examina,*

Vt refert Prudentius, cuiusmodi erant
 senio cõfecti, aliqua sui corporis parte
 debilitati, viduæ, & qui ad inopiam a-
 liena culpa redacti essent, peregrini, &
 alij per similes, quorum omnium maxi-
 mam semper in Ecclesia extitisse mul-
 titudinem nullus ignorat. Nec sanè ijs

A iiii

*Prosp. lib. 2.
 de vita cõ-
 templat.
 1. Cor. 9.*

*D. Hiero.
 epist. 2. ad
 Nepotian.*

*Supr. in
 hymn. D.
 Laurent.*



ÆCCLESIE GALLICANÆ

omnibus, quæ ad vitam tuendam conferunt, quantum satis erat, suppeditare potuit Ecclesia, nisi abundasset. In eam rem Sanctissimus Ambrosius dixit, possessiones Ecclesiæ sumptus esse egenorum. Utinam ex Christi Ecclesiæ operam illustres inexplabilem situm & habendi cupiditatē, in Ethnicis & alienis à Christi fide hominibus tantummodo excitassent, sed Christianos homines tanto rapiendarum Ecclesiæ facultatum, flagrasse desiderio, quis Christianus, & in Christi sponsam bene affectus, æquo animo ferat? Inuasit morbus iste non obscuri nominis aliquos, sed potentiores quosque, nec unius modò, aut alterius provincie, sed, iisdem penè, quibus orbis ipse Christianus, terminis circumscribi videretur.

Vnde ordiar nisi à tuis (mea Gallia) malis, quæ ex omnibus terris, quas illa pestis insedit, haud iniuria tibi vindicas privilegium miseriarū, liceat illud Pacati Drepanij Galli Oratoris eloquentissimi vlturpare quanquam dissimili argumento. Et verò, licet nō ausim istud contendere, apud Gallos primùm hoc & visum & auditū, Beneficia nimirum

*Ambros.
in respōs.
ad Sym.
in ach. p. v.*

*Pacat Dre
pan. in Pa
negyr. ad
Theodof.*



Ecclesiastica, eorūque redditus nefariē à Laïcis vsurpatos, veruntamen nusquam atque in Gallia nostra, Ecclesiæ bona ità prodacta & nepotata, vt cū Paciano Barcinonēsi loquar, fuisse certo affirmare possum.

Sunt qui sacrilegij istius originē à Carolo Martello repetant, sed ij aberrant, longè enim antea factitatum hoc à Gallis nostris seu Francis, quod perspicuè demonstrauero, si prius dixerō in Italia ante Clodouei primi tēpora, malum hoc cœpisse. Sic enim Symmachus Pontifex Romanus sexta Synodo Romana. Communis dolor & generalis est gemitus, quòd intra Ecclesiam, nostris & retroactis temporibus, de inuasionē rerū Ecclesiasticarum, & vexatione Sacerdotum cognouimus. Inuafores istos non alios quàm laïcos fuisse sequentia declarant, eodem Concilio. Competitoribus etiã huiusmodi fræna districtiōnis imponimus, qui facultates Ecclesiæ, sub specie largitatis Regiæ, vel cuiuscunq; potestatis, improba surreptione peruaserūt: Ac paulò infra. Valde iniquum ergo & ingens sacrilegium est, vt quæcunq; vel pro

Pacian.

Barcino-

nens. Epist.

i. ad Sym.

pron.

4

Concilium

Romana. 6

ECCLESIAE GALLICANÆ

remedio peccatorum, vel salute & requie animarum suarum, vnusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab his quibus hæc maximè seruari conuenit, id est Christianis & Deum timentibus hominibus, & super omnia à principib⁹ & primis regionũ, in aliud transferri vel conuerti. Postea, res istas Ecclesiæ, iussu vel largitione Principum, vel quorundam potentum inuasionem quadam & tyrannica potestate, retentas dixit. Eadem penè habentur, Synodo Romana tertia, sub eodem Symmacho Papa. Mihi sanè verisimile videtur irruentibus in Italiam Barbaris seu Gothis seu Langobardis, in tanta rerum perturbatione, publico ærario exhausto, Italiæ Rectores Imperatoris nomine, fortissimos quosque Duces & milites his artib⁹ sibi deuinxisse fidelioresque reddidisse. Exemplum istud secuti sunt Barbari Reges, siue Gothi, siue Longobardi, & aliam fortè ob causam. Cùm enim varia essent Italorum studia, aliis Græco Imperatori adhuc fidem seruantibus, aliis Barbarorum imperium sequentibus, quos Ecclesiastici ordinis homines, Barbarus Rex in

Concili.
Rom. 3. C.
1. 2. & 3.



suas partes blanditijs pertrahere non poterat, sed eos fidem Imperatori constanter seruare videbat, tum Ecclesiasticis spoliabat facultatibus, easque sibi fidissimis vtendas fruēdas concedebat.

Coniecturam meam firmant bella ciuilia inter Francos nostros excitata, sub Clotarij primi filiis, quibus Beneficia Ecclesiastica eorum, qui à partibus hostium starent, alij diuersarum partium inuaderent. Sic Turonensis Synodus ^{Concilium Turonense 2. C. 25.} secūda, Illud quoque (quamquam priorum canonica sit auctoritate præfixum) quod dum inter se sæuiūt Domini Nostri, ac malorum hominum stimulis concitantur, & alter alterius res rapida cupiditate peruadit. Repetitum idem ^{Cöcil. Parisiensis. 1.} Concilio Parisiensi primo, de quo inferiori. Meritò illud Ammiani Marcellini de imperio Constantii vsurpari potest, hoc loco. Inflabant has malorum ciuiliū buccinas potētes in regia, eare vt ^{Ammian. Marcell. lib. 3. qui.} damnatorū petita bona suis accorporarent, essetque materia per vicinities eorum latè grassandi. Nec recens illud erat sacrilegiūm, cūm etiā sub Clodouei primi filiis, laici non dubitarent à Regibus Ecclesiarum prædia, villas

9

Concilium
Turonense
2. C. 25.

Cöcil. Pa-
risiensis. 1.

Ammian.
Marcell.
lib. 3. qui.
16.



Æ ECCLESIAE GALLICAN.

*Concili.
Aurelianens.
4. C.
25.*

& similes facultates postulare, quod est testatum Concilio Aurelianensi quarto, sub Childeberto Rege. Si quis Clericus aut Laicus sub Potētum nomine atque patrocinio res ad ius Ecclesiae pertinentes, contempto Pontifice, petierit, seu possidere praesumpserit &c.

*Concili.
Parisien.
1. C. 1.*

Concilio Parisiensi primo, sub eodem Rege: Accidit etiam ut temporibus discordiae, supra promissionem bonae memoriae Domini Clodouei Regis, res Ecclesiarum aliqui competissent, ipsasque res, improuisa morte collapsi, proprijs heredibus reliquissent. Cū

7 hoc loco Clodouei Magni mentio inciderit, quid dicam eodem Rege Laicos etiam Parochias inuasisse: Fidem facit

*Concili.
Cabilo.
1. C. 5.*

Concilium Cabilonense primum, Saeculares uero, qui necdum ad clericatum conuersi, res Parochiarum, vel ipsas Parochias minimè ad regendum debeant habere commissas. Sub Theoberto Rege, Clodouei primi filio, Concilium Aruernense audaciam & temeritatem istorum hominum sic exprimit.

*Concili.
Aruern.
1. C. 4.*

8 Qui regulam Ecclesiae petunt à Regibus, & horrendae cupiditatis impulsu legentium substantiam rapiunt, &c.



Alij codicēs legunt, Res Ecclesiæ, vera
& germana lectio est, Reiculā vel Re-
culam seu Reicolam, ex quo, imperitiā
libratorum, emerfit Regulam. Ita le-
gunt Capitula Caroli Magni, & Capi-
tula Caroli Iunioris, seu Calui. In his
citur huiusmodi sententia ex Sym-
macho Papa, cuius verba supra recen-
suimus, in sexta Synodo Romana.
Sunt autem ista Capitulorum Caroli
Iunioris verba aliquantum variantia,
ab iis Concilii Romani. Qui reiculam,
inquit Symmachus Papa, vel quidquid
fuerit Ecclesiæ, petūt à Regibus, & cor-
rumpendę pietatis instinctu egentium
substantiā rapiunt. &c. Reiculam dimi-
nutiue dictum pro minima quaque re.

*Capitul.
lib. 7. C.
192 Capit.
Caro Cal.
C. 13.*

Reges ipsi eo tempore, vix manus⁹
ab Ecclesiæ opibus continuerunt, vnde
illud Gregorii Turonensis, Clotarius
Rex indixerat, vt omnes Ecclesiæ re-
gni sui, tertiam partem fructuum fisco
dissoluerent. Quod, licet inuiti, cum
omnes Episcopi consensissent atque
subscripsissent, viriliter hoc beatus In-
iuriosus Turonensis Episcopus respuens
subscribere, indignatus est dicēs; si vo-
lueris res Dei tollere, Dominus regnū

*Gregor.
Turonen.
lib. 4. C. 2
histor Frā*

ECCLESIAE GALLICAN.

tuum velociter auferet, quia iniquum est, ut pauperes, quos tuos debes alere horreo, ab eorum stipe; tua horrea repleantur. Clotarius ab incepto desistit.

CAROLO MARTELLO

Maiore domus & Principe
Francorum.

10



D Carolum Martellum tandem peruenimus, quem huius impiae liberalitatis minimè authorem fuisse è Conciliis ante natum Martellum habitis in Gallia euicimus apertè. Neque tamen negauerim Martellum, vel restitutam Ecclesiae dignitatem & immunitatè, cœpisse imminuere, vel audaciùs multò ceteris, passim Ecclesiae redditus militibus suis assignasse. Scriptores veteres de ea re audiamus, à quibus etiam facti rationem & causam intelligemus, qua impulsus id fecerit Martellus.

Fragment. de Maior. dom. Chron. M. 5. Fragmentum de Maioribus Domus Regiæ, ex vetustissimo codice Florianensi, edente clarissimo Petro Pithoco, quem Galliae & optimarum artium bo-

QVÆRELA. 8

no natum esse omnes boni fatentur, quemque de Gallia ipsa bene meritū esse nemo patriæ amans negabit, in viam redeo, fragmentum eiusmodi, id de Carolo Martello prodit. Carolus Maior domus & Austrasiorum Princeps, res Ecclesiarum, propter assiduitatem bellorum Laicis tradidit, Vetus Chronicon manuscriptum, incerti authoris, quod penes me habeo, rem istam iisdē penè verbis, ita enarrat; Carolus propter assiduitatem bellorum, Decimas & quasdam alias res Ecclesiasticas Laicis concessit.

Constat vnum martellum plura con-
fecisse externa bella quàm quotquot
ante illum extiterint, sub prioribus
Regibus, Domus Regiæ Maiores, hinc
facile credendum, cū bella multa de-
finitum pabulum non habeant, aiebat
Lacon quidam apud Synesium, Caro-
lum Martellum vt obsequentiores &
instructiores haberet milites, facile &
promiscuè Ecclesiæ redditus illis cōces-
sisse. D. Bonifacius Germaniæ Aposto-
lus, Archiepiscopus Moguntinēsis, Epi-
stola ad Zachariam Pontificem Ro-
manum, deprauatum iam à multis an-

Synes. Or.
de regno



3 ECCLESIAE GALLICANÆ

nis Ecclesię Gallicanę statū sic describit. Frāci, vt seniores dicūt, plusquā per tēpus octoginta annorū Synodū nō fecerunt, nec Archiepiscopum habuerūt, nec Ecclesię canonica iura alicubi fundabant, vel renouabant: Modò autem maxima ex parte per ciuitates, Episcopales sedes traditæ sunt Laïcis, cupidis ad possidendū &c. Vixit D. Bonifaciū sub Carolo Martello, & filiis eius Pipino & Carlomanno. De Archiepiscopo quod hīc dicitur, nolo disquirere amplius, nisi forsā indicet vir sanctissim⁹ nullum Archiepiscopum cogendæ Synodi curam tunc temporis habuisse, vel ad Lugdunensem, aut Viennēsem Primates respexisse videtur, quib⁹ id oneris incumberebat. Ex Adone Viennensi discimus Vvilocarium Viennēsem Archiepiscopum, sub Carolo Martello, relicto Episcopatu, in Monasteriū sanctorum Martyrum Agaunensium sese abdidisse, quoniam videret Ecclesiam suam indecenter humiliari, quo tempore, furioso inquit & infano satis consilio, Franci res sacras Ecclesiarum ad vsus suos retorquebāt. Paulò pòst, scrupulum omnem in ista dubitatioen nobis-

*Ado.
Viens. in
Chronic.*



QVERELA. 9

bis eximere videtur Ado, cùm ait. Vastata & dissipata Viennēsi & Lugdunēsi prouincia, aliquot annis, sine Episcopis vtraque Ecclesia fuit, Laïcis sacrilegè & barbarè res sacrās Ecclesiarū obtruncatibus. Synodo Frācica sub Carlomāno Caroli Martelli filio, & habetur etiā Capitulorum libri quinti initio, ipse Carlomannus, qui se Ducem & Principem Francorum dicitur, vnā cum Episcopis, qui aderant, de Ecclesiasticis opibus contra sacrilegam & nimium vsitatam eorum inuasionē sic decernit, fraudatas pecunias Ecclesiarum Ecclesijs restitimus & reddidimus. Nō attingo veterem illam narrationem de serpente reperto in tumulo Martelli, cùm nullum omnino apparuisset in eo sepulti corporis humani vestigium: scripsit hoc Paulus Æmilius, priscorum credo, nostrorum Annalium fide: Purpuratis verbis purpuratus scriptor Ecclesiasticæ historiæ pro Martello contra Æmilium & similes dixit.

Cōcil. Frācic. Capitul. lib. 5.

Paul. Æmil. li. 2. histor. Franc.

PIPINO ET CAROLO

Magno Regibus.

B

ECCLESIAE GALLICAN.

Post Caroli Martelli decessum, Frã-
 ci opũ Ecclesiæ suauitate incredi-
 bili & allecti & assueti, ægrè ab iis absti-
 nuerunt. Sub Pipino, & Carolo Magno
 eius filio, video alios quã pauperes, seu
 Clericos, siue, qui vulgò ita nuncu-
 pãtur, Ecclesiæ facultatibus sustêtatos.
 Sed rem totã perspicuè explicemus, il-
 lúdque in primis obseruandum, non
 simul & eodem tempore, bonorum Ec-
 clesiæ fœdam istam dilapidationẽ esse
 factã, sensim & velut per gradus ser-
 psit cacoëthes illud, per omnia Ecclesię
 Gallicanæ membra, ac variis quidem
 temporibus, nec sub Rege vno. Tres
 huius morbi accessiones obseruo apud
 scriptores nostros, Primam sub Pipino
 & Carolo Magno: Secũdam paulò gra-
 uiores sub Ludouico Pio: Tertiã om-
 niũ grauissimã & pene exitialẽ ipsi Ec-
 clesiæ Gallicanæ, sub Carolo Caluo, &
 sequentibus Regibus huius familiæ, ad
 Hugonem vsque Capetum. Sigillatim
 vnãquamque harum expendamus.

Sub Pipino Principe tum nondum
 Rege, hoc in vsu tum positum erat, vt
 Abbates ad bellũ non oraturi quidem
 sed pugnaturi proficiscerẽtur: de qua re

QVERELA. 1007 10

nos latiùs dicemus, sub Carolo Caluo.
 Sed Cōcilio Sueffionēsi, sub Childeri 13
 co vltimo Merouingæ gentis Rege, & *Concil.*
 Duce Pipino, cautum illud: Abbates *Sueffionē.*
 legitimi hostem non faciant, nisi tantū
 homines eorum transmittant. Perdura-
 bat adhuc corruptela illa, mirum in mo-
 dum aucta, sub Carolo Martello Pipini
 patre, de Abbatibus, quas laici vsurparent 14
 ad quam alluisse videtur Cōcilium
 cūm Abbates legitimos appellauit, vt
 eos secerneret à viris militatibus, qui
 Abbatias nō minùs quàm Episcopatus
 occupabant, vt antea nos docuit Ado
 Viennensis. Quod hīc dicitur, hostem
 non faciant, vel vt legendum puto,
 hostē non feriant, aut vsitata Capitulo-
 rū locutione, in hostem non eant, idio-
 tismus est huius sæculi, & interpretatio-
 nem accipiet è Synodo Francica, sub
 Carlomanno Principe & Duce Fran-
 corum, Pipini fratre: quod etiam repe-
 titum est Capitulorum libro quinto.
 Seruis Dei per omnia, omnibus arma-
 turam portare, vel pugnare, aut in ex-
 ercitus & in hostem pergere omnino
 prohibemus, nisi illis tantummodò,
 qui propter Diuinū ministerium, Mis-



ECCLESIAE GALLICANE

farum scilicet solemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electis, id est vnum, vel duos Presbyteros, cum Capellanis Presbyteris Princeps secū habeat, & vnusquisque Præfectus vnum Presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare & indicere pœnitentiā possit. Locum integrum descripsi & meritò, cū multa hīc de prisca nostrorum Francorum pietate tam disertè commemorentur, Sacras Diuorum Reliquias, Sanctorū patrocinia nominari videat lector, vt

D. August.
lib. 22. de
Ciuit. C. 8.
Strab.
Vualafri.
de exord.
reo Eccles.
Cult.

à D. Augustino *sacrapignora*. Vulgare istud & tritū ex Vualafrido Strabone, Cappellanos Presbyteros nuncupatos esse à Cappa B. Martini, quam ipsi in exercitu deferrent, religionis & patrocinij gratia. Dicam obiter nō omnibus probari Cappellanorum vocem à Cappa deduci, quin potius à Cappella, cuius vocis originē Græcam esse ex Helychio demonstrat Iurisconsultorum nostri sæculi facilè Princeps. Cappellā pro Tentorio & vicissim Tentorium pro Cappella, id est Sacello portatili, cuiusmodi erāt in castris, vsurpat Vincentius Bellouacēsis in Speculo histo-

Cuiac. ad
tit. 1. de se-
con. nupt.
A. Decretal.

17



rico, dum ait: Tartarorum Chan, seu <sup>Vincens.
hiflor. Spe-
cul. lib. 32.</sup> Imperatorem postulasse à D. Ludouico
Tentorium, seu Capellam de Scarleta. ^{C. 92.}
Redeo ad institutum: Sub Carolo Ma-¹⁹
gno nō modò Abbates, sed & ipsi Episcopi in militiam proficiscebantur, tum
Regis mandato, tum sæculi abusu, quē
admodum colligere licet è libro sex-
to Capitulorum, & ea quidem epigra- <sup>Capitul.
lib. 6. C.
285.</sup> phe est hui⁹ Capitis. De generali totius
populi supplicatione, apud Principem,
pro sacerdotū causa, ne in hostem, aut
pugnam pergerent, & quale eis omni-
bus ex hoc immineat periculum, ex Ca-
pitulis Domini Caroli Imperatoris
Vvormatiæ generaliter decretis, atque
ab omnibus formatis. &c. Sequitur Ca-
put: Flexis omnes precamur poplitis
Maiestatem vestram, vt Episcopi de-
inceps sicut hætenus, non vexentur
hostibus, sed quando vos, nōsque in
hostē pergimus, ipsi propriis resideant
in Parochiis, id est, Diocēsisibus, Deoq;
fideliter famulari studeāt, & eorum sa-
cro sancta mysteria, Canonicè, sic legē-
dum: & Deo placitè peragere satagant.
Paulò post. Quosdam enim ex eis in
hostibus & prælijs vulneratos vidimus,

ECCLESIAE GALLICAN.

& quosdam periſſe cognouimus In ijs
 obſeruandum (Maieſtatis) vocem pro
 ipſo Imperatore pridem uſurpari ſolitã
 apud Gallos. Et Carolo quidem Cal-
 uo Rege, Lupus Ferratiensis Abbas ad
 Imperatorem Lotharium, Caroli fra-
 trem, ſcribens (*Maieſtatis*) voce utitur.
 Alij etiam eius reſ meminerunt. At nũ-
 quam, ut ego arbitror, antea auditum
Maieſtatis, Regiæ nomẽ pro Rege ipſo,
 id tamen legimus in Capitulis Caroli
 Junioris, ſeu Calui. Et ſunt, qui Carolũ
 Caluum, ut Gręculũ, ac barbaricę leui-
 tatis amantem carpant: certẽ parum
 æqui ipſi Caluo, Germani hiſtorici vi-
 dentur, ſed an idcirco verẽ dixerint
 quia liberẽ, quia impunẽ. Libertatis &
 odij in hiſtoriæ ſcriptore nullo modo
 probãda ſocietas. Apriſſimẽ Cornelius
 Tacitus: Adulationi foedum crimẽ ſer-
 uitutis, malignitati falſa ſpecies liber-
 tatis ineſt. Quamquam iſtud nimis verũ,
 quod ait Seneca, Fama liberrima Prin-
 cipum Iudex. Et Plinius, Perpetua Prin-
 cipi fama inuitum manet & bona cõcu-
 piſcenda eſt. Noſtros Epiſcopos repeto
 & mirum mihi videri dico, à Gallicanis

Lup. ferrar.
Epam, 108

Capitul.
Carol. Cal.
C 9.

Facit. lib.
17.

Senec. in
conſol. ad
Martiam.
Pim in
Panegy. ad
Traianum.

Antistibus, in istos Episcopos, ordinum
 militarium ductores, repetita anathe-
 mata, nihil aut parum apud eos effecit-
 se. Sic Capitulorū libro primo. Si quis
 Episcopus, Presbiter, aut Diaconus, vel *Capitul. lib.*
 Subdiaconus ad bellum processerit, & ^{1,} C. 61.
 arma bellica indutus fuerit ad bellige-
 randum, ab omni officio deponatur, in
 tantum vt nec laicam communionem
 habeat. Quanquam Episcopi & Abba-
 tes, his legibus, militiae vacationem
 consequerentur, nihilominus tamen
 ad exercitum Regium milites in sub-
 sidium mittere tenebantur, & licet illud
 pro belli, quod tum ingruerat, cōditio-
 ne ac necessitate, ferendum vtcunq;
 videatur: at Laicos virtute quidem
 militari & bellica fortitudine quantum
 vis illustres, ob fidelem Regi in bello ²²
 nauatam operam, beneficij loco, prædia
 & villas Ecclesiae dono accepisse, quis
 ferat? Præstitit hoc Carolus, qui à rerum
 gestarum magnitudine, Magni nomen
 accepit. Et hæc Regiæ munificentiae
 symbola, *Beneficia* nominantur, apud
 scriptores nostros. Sic enim Capitulo-
 rum libro primo. Vt qui Ecclesiarum *Capitul.*
lib. 1. c. 163

ECCLESIE GALLICANÆ

Beneficia habent, Nonam & Decimam ex eis Ecclesia, cuius res sunt, donent, & qui tale *Beneficium* habent, quod ad medietatem laborent, & de earum portione proprio Presbytero, id est, Paræco Decimas donent.

23 Sub Carolo Magno hæc primùm audita (*Benefici*) vox ea notione, vt significet è bonis Ecclesiæ fundum aliquem, Regia liberalitate non proba, concessum alicui, tanquam virtutis & rei, pro salute & imperio Principis, bene gestæ præmium. (*Beneficij*) vocabulum, quale apud nos vsurpatur, hinc manasse videtur, vtinam nulla, cum isto veteri, consensione. Interim & Ecclesiasticis quibusdam huius generis *Beneficia* concessa fuisse, apparet libro quarto Capitulum. Vt Missi nostri, qui vel Episcopi, vel Abbates, vel Comites sunt, quando prope suum *Beneficium* fuerint, nihil de aliorum coniecto accipiât. Quispiam verò, iure optimo querere posset: Vnde illud natū sit, vt Carolus Maxim. Sapiētissimus Fœlicissimus Imperator, atque Ecclesiæ Christi amantissimus, hanc distribuendorū prædiorum Ecclesiasticorū authoritatē sibi vsurpârit? Id

Capitul.
lib. 4. c. 69



profectum esse arbitror ex indulto Pō-
 tificio Adriani Primi, qui Carolo Ma-²⁴
 gno concessit, vt Archiepiscopos & Epi-
 scopos, per singulas Prouincias Inuesti-
 turæ priuilegio constitueret : Ita rela-
 tū à Gratiano: Hæret mihi aqua, in hoc
 Capitulo : & vt liberè dicam Carolum
 Magnum pernego primum nostrorum
 Regum, ius habuisse nominationis ad
 Episcopatus : & quia non est huius loci
 nec disputationis, pluribus de ea re dis-
 ferere, mihi satis erit, sententiæ meæ
 defensorem citare Lupum Ferrariensem,
 cuius hæc sunt verba ad Amulum
 Episcopum. Pipinus à quo per Maxi-
 mum Carolum, & religiosissimum Lu-
 douicum Imperatores duxit Rex no-
 ster, Carolus Caluus, originem, expo-
 sita necessitate huius Regni, Zachariæ
 Romano Papæ, in Synodo, cui martyr
 Bonifacius interfuit, eius accepit con-
 sensum, vt acerbitati temporis indu-
 striæ, sibi probatissimorum, decedenti-
 bus Episcopis, mederetur. Paulò post
 honorem à Papa Romano, Francorum
 Regibus & Imperatoribus concessum
 appellat.

Adrianus
 d 63. C. 2.

Lup. Ferr.
 rariensis.
 Epist. 81.



LVDOVICO PIO REGE

& Imperatore.



Oc Caroli Magni filio Rege non minorem Ecclesia iacturam sensit. Primùm quidem fidem faciamus Laïcis concessas fuisse Abbantias & monasteria à tam Pio principe. Deinde inquiremus de prædiis & fundis itidem, ac sub Carolo Magno patre ipsius. Tertio pecunias ex ipsis Ecclesiis mutuo acceptas etiam à Rege, vel à priuatis quibusdam, eius concessu & autoritate. Dicamus singula ordine.

Capitul. lib
2. C. 8.

De Monasteriis, quæ à Ludouico Laicis concessa fuerint, extant nõ pauca testimonia, Capitulorum libro secundo sic habetur: Abbatibus & Laicis specialiter iubemus vt in monasteriis, quæ ex nostra largitate habent, Episcoporum consilio & documento ea, quæ ad religionem Canonicorum monachorũ Sanctimonialiũ pertinent, peragant. Alio loco eiusdẽ libri. Quia ergo constat in Ecclesia diuersarũ conditio

c. 4

num homines, esse vt sunt nobiles, igno-
 biles, serui, coloni, inquilini & cætera
 huiusmodi nomina, oportet, vt qui-
 cunque eis prælati sunt, Clerici, siue
 Laici, clementer erga eos agant & mi-
 sericorditer eos tractent. Libro quin-
 to, idem: Abbatibus, Canonicis, & Re-
 gularibus, & Abbatissis, quæ sanctimo-
 nialibus præesse videtur, suis Laicis, qui³²¹
 Monasteria habent ommimodò præci-
 pinus. Sic paulò infrà: Cõgregationes
 sibi commissas siue spiritualiter, siue
 temporaliter, paterno affectu governa-
 re; eisque necessaria stipendia admini-
 strare nõ negligent. Illud (*Temporaliter*)
 spectat ad Laicos, quib. monasteria do-
 nata erāt. Varinus Comes Matissanus
 seu Matiscensis, vt habent Veteres,
 nostri Matisconensem vocāt, cum Cabi-
 lono seu Cauillone & Matissana Abba-
 tias vtriusque ciuitatis accepit à Lu-
 douico Pio: sed Varinus Comes pœ-
 nitentia ductus aliquantò post veterem
 hominem exuens, nouum induit in
 Christo, & habitu monastico suscepto,
 atque accepta ab Hildebaldo Episcopo
 Matisconensi, Cluniaco villa, ibi Cœno-
 bium toto orbe celeberrimū ædificauit

Capitul.
lib. 6. c.

ECCLESIE GALLICAN.

in memoriam Apostolorū Principum
Petri & Pauli. Ecclesiam Episcopus
Hildebaldus consecrauit. Hæc ex titu-
lo seu instrumento permutationis de-
scripta sunt anno Imperii Ludouici
Pij decimo tertio, & Christi 828. annis
ferme ducentis ante Petrum Aquitanū
Ducem, quem Cluniacenses, funda-
torem suum, sed falsò prædicant, po-
tius instauratorem.

*Bugnon in
Chronie
Miss.*

27 Effrenem istam Laicorum audaciam
28 in efflagitandis à Principe & extorquē-
dis, precum importunitate, Beneficiis
Ecclesiasticis dolet Pius Imperator li-
bro sexto Capitulorum. Omnibus, nos

*Capit. lib.
6. C. 32.*

ipso corrigenes, posterisque nostris
exemplū dantes qualiter interdici-
mus, ut nullus Laicus homo, vel Imperator,
vel rex, aut aliquis Præfectorū vel Co-
mitū sæculari potestate fultus, sibi per
violētiam rapiat, aut à nobis compete-
re, vel quocunque modo inuadere præ-
sumat Monasterium, aut prædia, vel
quascunque res, de potestate Episcopi,
vel Abbatis, aut Abbatissæ, & incipiat
ipse vice Abbatis regere & habere sub
se monachos, & pecuniā possidere, que

Q V E R E L A. 15

fuit Christi sanguine comparata. Mihi non dubium Ludouicum hæc statuisse, cum iam Lotharium filium Imperii confortem fecisset, ac Ludouicum filium alterum Germaniæ, Carolum verò ex Iuditha amantissima filium, Franciæ Regem creâisset.

Pipinus Ludouici Pii filius, Aquitaniæ Rex, & qui patre viuente decessit, patris indulgentiam priorem secutus, Ecclesias Laicis tribuebat, ac postquam Ludouicus, qui filiorum suorum & Episcoporum in primis factione exauctoratus fuerat, Ecclesiæ Imperio & suis, ritu solèni, in Ecclesia D. Dionysii agri Parisiensis, restitutus est, huic malo ita prospicere voluit, vt constat ex incerto quodam scriptore, qui tunc temporis vixit, in vita, quã scripsit eiusdè Imperatoris. Habuit Ludouicus, inquit ille, eo tempore circa Missam id est, festum S. Martini, conuentum generalem in Attiniaco Palatio, vbi cum multa perperam inolita purgare decreuisset, tam in Ecclesiasticis, quàm publicis rebus, tunc præcipuè fuerunt ista. Mandauit filio Pipino, per Ermoldum Abbatem, res Ecclesiasticas, quæ in regno eius

ECCLESIAE GALLICANÆ.

erant, quas vel ipse suis attribuerat, vel ipsi sibi præripuerant, absque cunctatione Ecclesiis restitui.

- 92 Videndum est modò de fundis & pecuniis, sed illud primo loco notandum (*Precarias*) generali nomine sic appellatas in Cõciliis Gallicanis, & in Capitulis Francicis, utrũque cõplecti. Primum quidẽ (*Precarias*) hoc est à Rege quasi præcario Laicis concessas Ecclesiarum villas & prædia, sed annuo quodã censu, inquiramus. Rem totam altiùs repetere operæ prætiũ videtur, ac (*Precariæ*) vocẽ, & rẽ ipsã ante Caroli Magni tempora & notã, & in usu esse cõpisse, ac Episcopos *Precarias* ipsas aliquando cõcessisse. Ita me docet Concilium Epaunense. Quod Clerici etiam
- 30 sine *Precatorijs*, qualibet diuturnitate temporis, de Ecclesiæ remuneratione possederunt, cum autoritate Domini gloriosissimi Principis nostri in ius proprietatis temporis præscriptione non vocetur, dummodo pateat Ecclesię rem fuisse, ne videãtur etiã Episcopi administrationis prolixę, aut *Precatorias* cõordinati sunt facere debuisse, aut diutentas Ecclesię facultates proprietati

Concil.
Epaunen.
C. 18.

suæ posse transcribere. Est autem habi-
 tum Concilium istud, vt placet diligen-
 tissimo scriptori Onuphrio, circa annũ
 ccccxciiii, sub Gelasio Primo, Clo-
 doueo Primo Francorũ, Gundebaldo
 Burgundionũ Regibus. Caroli Magni
 sæculo eadem vox, & res ipsa vsurpata
 est, concilio Turonensi tertio, Leone 3. ^{Concil.}
 Papa. At quoniam capitulum istud pro- ^{Turonens. 3}
 lixum est, in pauca conferam. Docent ^{C. 51}
 Episcopi Gallicani hoc tẽpore fideles
 nonnullos, cũ res suas Ecclesiis do-
 nassent, tantumdẽ aut duplũ aut triplũ
 vsu fructuario iure accipere cõsueuisse,
 eorũque posteros & heredes (*Precariã*)
 à Rectoribus Ecclesiarum impetrare so-
 litos, eadem conditione, qua præcesso-
 res tenuerant. Hinc illa Synodi verba:
 Hic vsus, & hæc ratio apud nos vsque
 modò de talibus tenebatur, satis indi-
 cant longè antea, in Gallia id fuisse
 obseruatũ. Arbitror ego hinc factum
 successu temporis, vt cũ ii, qui bona
 sua Ecclesiis donauerant, nullos post se
 relinquerent hæredes, aut hæredes ipsi
 tãdem heredibus carerent, Reges bene-
 ficij loco, hæc prædia suis, quos de se
 bene meritos nouerant, attribuerint,

ECCLESIAE GALLICANÆ

de qua re mox dicemus, ac simul monebimus hæredes ipsos, & externos illos beneficiorum alienorum captatores, velut proprios sibi vindicasse fundos huiusmodi, quod ne amplius fieret duplicem adhibuerunt Reges nostri cautionem. Ea prima notatur, vt ex renouarētur *Precariæ*, ne bona hæc Ecclesiæ in perpetuum alienata videātur, & possessores illorum proprij haberentur Domini. Ista est Ludouici Pii, vel forsan Caroli Magni constitutio, accommodatè ad caput Concilij Turonensis tertii, paulò antè citatum, extat libro septimo Capitulorum iis verbis: Præcipimus, vt nullus res Ecclesiæ nisi precario possideat, & postquam ipsæ *Precariæ* functæ, lego, finitæ, fuerint, faciant potestatiuè speculatores Ecclesiæ, vtrum elegerint, aut ipsas res recipiant, aut posteris eorum, sub precario & censu habere permittant: Ita tamen, vt ipsi proprias & vtilis res eisdem Ecclesiis, de quarum iure esse videntur, legaliter tradant, & sic à Rectoribus earumdem Ecclesiarum, *Precaria*, si renouanda sunt Canonicè renouentur. Capitulum libro quinto, *Precaria* modo renouentur,

Capitul. lib.
7. C. 104.



nouentur, & vbi non sunt scriptæ, fiat
 descriptio inter conuentores, de verbo
 nostro. Carolus Caluus in Capitulis ait
 secundum antiquam consuetudinem
 & auctoritatem quinquēnio in quin-
 quennium renouari *Precarias*. Altera
 cautio fuit ne qui Ecclesiastica prædia
 in beneficiū accepissent, ea diuendere
 & distrahere possent, veluti testatum
 habemus Capitulorum libro quinto.
 Nemini Regum, aut cuiquam homi-
 num in proprium liceat Monasterium
 tradere, vel commutare, vel quocun-
 que Comiato, sic legendum, pro Per-
 missu, vendere. Hoc etiam Diuina &
 Apostolica atque Canonica, sub ana-
 thematis pœna, sanxit auctoritas. Huc
 spectat quod scriptum est eodē libro, &
 sexto sequente libro, est autem de-
 sumptū, ex Epistola quadam Paschalis
 2. P.R. & Concilio incerto, apud An-
 thonium Augustinum, tum Epistola
 Stephani P.R. Concilio etiā Trosleia-
 no: Laïcis, quanuis religiosis, nulla ta-
 men de Ecclesiasticis facultatibus, vel
 de Deo dicatis hominibus, aliquid dis-
 ponendi legitur vnquam attributa fa-
 cultas. Repetita sunt eam ob causam,

Capitul.
Carol. Cal.
C. 9.

Capitul. lib.
5. C. 233.

32

33
Capitul. lib.

5. C. 249.
lib. 6. C.
294.

Pasch. Ep. 2
Concil.

incert. C. 4.
5. Et 6. Epif
2. Steph. P.
C. 3. Cœcil
Trosletan.
C. 3.

C



ECCLESIAE GALLICANÆ

Regiæ sanctiones de Nonis & Decimis & similibus oneribus persoluendis ipsi Ecclesiæ, ab iis, qui villas & fundos ad eam pertinentes per *Precarias* obtinuerunt. Ex lib. I. Capitul. sub Carolo Magno id antea adnotauimus. Lib. II. Capit. sic de iis statuitur. Vt illi homines qui res Ecclesiasticas per verbū Domni Regis tenent, sic ordinatum est, vt illas Ecclesias, vnde sunt, vel illas domos Episcopi, emendo, Episcopi, pro rebus ad Episcopum pertinentibus, vel Monasterii, cuius esse noscuntur, iuxta quod de ipsis rebus tenent, emédare debeát, & illos census, vel illas Decimas ac Nonas ibidem dare pleniter debeant, sicut eis ad *Vernum* ordinauim⁹. Nequis fallatur iis vocibus, ad Vernū: Concilium Vernense, seu apud Palatium *Vernis* celebratum, sub Pipino Rege Caroli Magni Patre, & Stephano 3. Papa, non puto intelligi, cum de ea re nullum omnino verbum extet in iis, quæ habentur Capitulis istius Concilii, aut hæc desiderari dicemus: Ludouicus Pius libro quinto Capitulorū ita præcipit: De his qui Nonas & Decimas iam per multos annos, aut ex parte, aut ex toto, dare

Capitul.

lib. 2. c. 11.

34

35

Capitul. lib.

5. C. 145.

neglexerunt, volumus, vt per Missos nostros constringantur, vt secundum Capitularem priorem soluant Nonas & Decimas, cum sua lege. Et hoc eis denunciatur, quòd quicumque hanc negligentiam iterauerit, *Beneficium*, vnde hæc Nona & Decima persolui debuit amissurum se sciat: Repetit idem paulò infra eodem libro, ac meminit eiusdem sanctionis à Carolo Magno Patre latæ, de qua libro primo Capitulorum. Capitulo sequente eiusdem libri quinti: Quicumque de rebus Ecclesiarū, quas in beneficium habēt, restauraciones earum facere neglexerunt, iuxta auctoritatis nostræ Capitularē, in qua de operibus ac Nonis & Decimis constitutū est, sic de illis adimpleatur, sicut in libro quarto continetur.

Capitul. lib.
1. C. 163.

Capitul. lib.
4. C. 147.

Nonnulli in fraudem, quas, Ecclesiarum beneficio, terras possidebant, minime colebant, nec ideo Decimarum & similiū persolueudarum ouere teneri se credebant, Verùm aduersus eos, sic pronunciauit Ludouicus Pius eodē libro quinto Capitulorum. De his, qui agros Dominicos propterea neglexerunt excolere, vt Nonas exinde nō per-

Capitul. lib.
5. C. 147.



ECCLESIAE GALLICAN

soluant, & alienas terras ad excolendum propter hoc accipiant, volumus vt de tribus annis ipsam Nonam cum sua lege persoluant. Suprà eodem libro De rebus verò Ecclesiarū, vnde nunc census exeunt, Decima & Nona, cum ipso censu soluantur, & vnde antè ea non exierunt, similiter & Nonæ & Decimæ dentur. Non omittendum Capitulum aliud eiusdem libri, vt hi qui illos vicos, vel illas Ecclesias tenent, illos census, vel illam ceram, quæ longo tempore ad illud Episcopium reddiderunt, modò sic ordinauimus, vt sic faciant. Interim si quis hoc loco, cum ceræ fiat mentio (Episcopium) præter vulgarem significationem, Ecclesiam matricem seu Cathedralē interpretetur, non repugnabo, & id firmari videtur è libro sexto Capitulorum: ea sententia.

Capit. lib.
1. C. 12.

36

Capitul.
li. 6. C. 191.

Lup. Ferr.
Epis. 43.

Sacerdotes admoneant viros & mulieres, vt ad Basilicas luminaria & incensum & buccellas & primitias offerant. Et meminit huius rei Lupus Ferrariensis, sed in gratiam Monasteriorum.

Tertium superest de pecunia quam Rex ab Episcopis & Abbatibus mutuo accipiebat, nec sine censu, Apertissimè



res ipsa explicatur Concilio Leptinen-
 si, seu ad Liptinas, sub Ludouico Pio, Concil.
 Leptinen.
 Capitul. lib.
 5. C. 3.
 cuius fragmētum habemus libro quin-
 to Capitulorum, est autem huiusmodi
 quod ad nostram pertinet disputatio-
 nem. Statuimus, vt sub precario & cen-
 su aliquam partem Ecclesialis pecuniæ ³⁷
 in adiutorium exercitus nostri, cum in-
 dulgentia Dei, aliquanto tempore re-
 tineamus, ea conditione, vt annis sin-
 gulis de vnaquaque casata solidus, id
 est duodecim denarij, ad Ecclesiā vel
 Monasterium reddantur: eo modo vt
 si moriatur ille, cui pecunia commen-
 data fuerit, Ecclesiam cum propria pe-
 cunia reuestita sit. Et iterum si necessi-
 tas cogat, aut Princeps iubeat (*Precar-
 rium*) renouetur & rescribatur nouum,
 & omnino obseruetur vt Ecclesiæ vel
 Monasteria penuriam & paupertatem
 non patiantur, quorum pecunia in *Pre-
 cario* præstita sit: sed si paupertas cogat,
 Ecclesię, & Domui Dei reddatur inte-
 gra possessio. Pene integrum caput
 descripsi, cum multa hinc contineantur
 quæ ad rerum prisicarum cognitionem
 plurimum faciant, & ijs lectorem anti-
 quitatis amantissimum fraudare nol-



ECCLESIAE GALLICANAE

lem, in quibus, quoniam ad alia pro-
pero, immorari non licet.

38 Sub Pipino tum Duce Francorum
& Childerico Rege ex Concilio Sues-
fonensi didicimus, tum temporis Ab-
bates arma tractasse, & in castris milita-
ria obiisse munia, prauo & pernicioso
quidem exemplo, sed quale & Episco-
pi & Abbates imitati sunt, Ludouico
39 Pio imperante, summo animarū quæ
illis erant commissæ, dispendio, & for-
san liberior viuendi licentia magis quã
Regis iussus ad castra sequenda illos
inuitabat. Ludouicus, ipse qui nefaria
& impia filiorum & Episcoporum, con-
iuratione Imperium abdicare coactus
fuerat, fortassis & in castris coniura-
torum Episcopos & Abbates ordines
duxisse viderat. Illud autem proposuit,
libro septimo Capitulorū, dum sic lo-
quitur de sacerdotibus ipsis. Reliqui,
qui ad Ecclesias suas remanent, suos
homines bene armatos nobiscum, aut
cum quibus iusserimus, dirigant. Non
39 est quod quis sacerdotes simpliciter in-
telligat, Abbates & Episcopos signifi-
care, mihi plusquam verissimum: quĩ
enim sacerdotes, aut ynde milites ha-

Capitul.
lib. 7. C.
103.



berent, eisque in castris regijs stipendia soluerent? Non equidem sunt ista Sacerdotum, qui in imis sunt subselliis sed Antistum, sed Episcoporum & Abbatum, & firmat nostram sententiam caput allatum ex Synodo Sueffionensi memorata, & clarius demonstrabimus in Carolo Caluo. Nollem ego istud tacitus præterire, quod dixit initio huius capituli Pius Imperator, secunda vice propter ampliorem obseruantiam Apostolica authoritate, & multorum sanctorum Episcoporum admonitione instructi, sanctorumque Canonum regulis edocti, consultu videlicet omnium Nobiliũ nostrorũ nosmetipsos corrigentes posterisque nostris exemplum dantes volumus, vt nullus Sacerdos in hostem pergat. Duo adnoto, vnum videri Ludouicum Pium antea illud prohibuisse, nisi quis malit hoc referri ad caput Sueffionensis Synodi, de quo diximus: Alterum, Imperatorem huiusmodi corruptelam dissimulasse, & aliquando Episcopos atque Abbates armatos in suis vidisse castris, quod quàm exitiosum foret tandem suo didicit malo, cum in conspiratione filio-

○ ECCLESIAE GALLICAN.

rum, nullos vel atrociores vel pertinaciores quàm Episcopos ipfos sensisset hostes. Est etiam illud scitu dignū, Ludouicum Imperatorem omnium Nobilium suorum hac in parte vsū consilio, quod explico ex Thegano Treuirrensi Corepiscopo, in historia Ludouici Pij: Is equidem obscuri & nullius nominis homines ad summos quosque in Ecclesia honores euehebat, & vt verbis Thegani vtar: Iamdudum, inquit ille, pessima cōsuetudo erat, vt ex vilissimis seruis summi Pontifices fierent, & hoc non prohibuit Ludouicus, quod tamen maximum est malum in populo Christiano. Consuetudinem interpretor ex Monacho San-Gallensi Heluetio, libro primo de gestis Caroli Magni: quoniam Carolus ipse è Scholis, cuiusuis conditionis etiam humilis & abiectæ homines, ad dignitates Ecclesiasticas vocabat nonnunquam sine delectu, vt Monachus iste indicat, Nobiles horum hominum cōsuetudinem & conuictum ferre non poterāt: siquidem authore Thegano, postquā tales culmen accepissent, nunquam erant sicut antea tam mansueti, & sic domesti-

*Thega. in
histori. Lu-
dovic. Pij.*

40

*san. Gallē-
lib. 1. de
gest. Carol.
Mag.*



ci, vt non statim inciperent esse iracundi, rixosi, maliloqui, obstinati, iniuriosi, & minas omnibus subiectis promittentes, & per huiusmodi negotia cuperent ab hominibus timeri & laudari. Turpissimam cognationem suam à iugo debitæ seruitutis nitebantur eripere, & libertatem imponere. Tunc aliquos suorū, liberalibus studijs instruebant, alios nobilibus fœminis coniungebant, & propinquas suas filios Nobilium cogebant accipere: hucusq; Theganus. Eam credo Nobilium Francorum mentē fuisse, cū Ludouico suaderent edictum istud contra Episcopos & Abbates ferendum, quos in Regiis castris maximo fastu, opibus florentes, magna militum manu stipatos, Nobiles ipsi æquo animo non patiebantur. At verò aliam fuisse Ludouici sententiam, testatur alterum Caput è septimo Capitulorum ijs verbis: Qualis victoria datur, vbi Sacerdotes vna hora Dominica pertractant ministeria, & Christianis porrigunt corpus Dominicum pro suarum animarum redemptione: & post, Christianos, quibus hoc ministrare debuerant, aut Paganos quibus

Capitul.
lib. 7. C.
103.

ECCLESIAE GALLICAN.

Christum prædicare, proprijs sacrilegisque manibus necant; Sed vt tandem Ecclesiæ Gallicanæ statum sub Ludouico Pio absoluamus, Imperatorem ipsum in Ecclesiasticis dignitatibus conferendis non satis cautum fuisse, vnico exemplo monstremus, in quo eius rei initium perspicere licet, quæ postea in consuetudinem incredibili Ecclesiæ iactura abiit.

Carolus Magnus moriens tres filios
Thegan. in nothos reliquerat, Drugonem, Hugo-
histor Lu. nem, & Theodericum, vt author est
donic. Pij.

Theganus: Ludouicus Pius Caroli Magni filius legitimus & vnicus, sibi suoque imperio magis consultum fore existimauit, si spurii fratres extra Rēpublicam in Ecclesia consisterent, & Diuinis m̄ciparentur ministeriis: vnde factum, vt Drugonē in Episcopum Metēsem eligi curauerit, Hugoni Cœnobialia Monasteria (sic loquitur theganus) hoc est Abbatias quamplures, concesserit. Is primus ex Clero Gallicano memoratur qui plures Abbatias possederit, ac nihilominus ab Imperat. fortissimo & felicissimo progenitus, rei bellicæ studiū magis quā rerū diuinarū

contemplationem sibi magis arridere
demonstravit, cum sæpe Ducis potius
quàm Abbatis fungeretur officio; Tandem
vt referunt Annales huius temporis,
ab incerto quidem, sed tandem veteri & coætaneo scriptore collecti, cæso
Caroli Calui exercitu à Pipini eius
nepotis Ducibus, in eo Hugo Abbas
Patruus Caroli Calui, & alter Risbotus
Abbas interfecti sunt. Per multas Abbatias
vni spurio fratri Hugoni concessas à
Ludouico Pio legimus. Adde & tunc
temporis Episcopis Abbatias attributas,
quas vnà cum Episcopatu possiderent.
Primus huius ordinis nominatur
Ebroïnus Pictaueusis Episcopus, cuius
rei meminit Aimoinus in historia. Cum
tumultus quidam in Aquitania excitatus
fuisset à Pipino Pipini quondam Regis
Aquitaniæ filij, Ludouici Pij filio,
Ebroïnus Pictaueusis Episcopus Imperatorem
adiit, illūque monuit, vt Aquitaniæ
prospiceret, videretque ne istud
incendium latius serperet. Imperator
(ait Aimoinus) præfatum Episcopum
cum multis gratiarum actionibus remisit,
dans ei regimē Abbatix Sæcti Germani
Parisiensis.

*Annal.
Franc. sub
Ludouic.*

42
*Aimoin lib.
5 histov.
C. 19.*



ECCLESIAE GALLICAN.

CAROLO CALVO REGE.

*Apul
floridor. I.*

CAROLI Calui Francorum Regis primum, deinde Imperatoris sæculum attigimus, quo Ecclesiæ Gallicanæ lapsam ad eò dignitatem & imminutam maiestatem sub aspectũ damus, vt Dei singulare beneficium agnoscere liceat in illa inter seũissimas istas tempestates seruata. Memorandum istud Apulei suo æuo, ex innumeris hominibus paucos Senatores, ex Senatoribus paucos nobiles genere, & ex iis Consularibus paucos bonos, & adhuc ex bonis paucos eruditos, aptissimè in Clerum Gallicanum Caluo Rege transferri posse contendo, quandoquidem tum pauci Episcopi, pauci docti, pauci boni, ac ferè nulli Nobiles, qui in Clerum cooptati, & inter hos nothi aliquot.

Tanta occurrit rerum omnium hoc Rege, seu quæ ad Ecclesiam, seu quæ ad Politiam, perturbatio, vt vix aliquod extaret sacri ac prophani eo tempore discrimen. Vnde initium ducam non facile apparet, certa rerum dicendarum capita statuamus.

Primum de Ecclesiarum oneribus, tū de Abbatiis collatis ipsis Episcopis, aut Abbatiis plurib⁹ vni collatis, tandē de Abbatiis concessis Laicis hominibus.

In primis qualia essent Ecclesiarum onera, quibus obnoxia erāt Episcopia & Abbatia, quæque Regi exhibere tenebantur explicemus. Episcopi & Abbates Regi milites suppeditabant, & ipsi castra Regia sequi compellebantur. In libello proclamationis ipsius Caroli Calui, aduersus Venilonem Archiepiscopū Senonensem, à quo Carolus ipse in Basilica Sãcte Crucis apud Aureliam in Regem Francorum chrisma te sacro perunctus & consecratus extitit, inter cætera id exprobrat Veniloni: Cum contra prædictum fratrem meum Ludouicum Regem Germaniæ, & inimicos meos ac vastatores Ecclesiæ & depopulatores regni, qui cum illo erant, cum fidelibus Dei, id est Ecclesiasticis viris, & nostris perrexi, nec per seipsum, nec per debitum *Solatum*, 44 quod antecessores mei Reges, & ego ipse ex Ecclesia illi commissa habere solitus eram, aliquid *Adiutorii* præbuit. Postea, nullum *Adiutorium* vel per se

ECCLESIAE GALLICAN.

promisso ac subscripto consilio, vel per Militiam, quæ ex Ecclesia sibi commissa solet exire, *Adiutorium* aliquod præstitit. *Solarium* siue auxilium eiusmodi suis prædecessoribus Regibus ab Episcopis & cæteris Antistibus præstari solitum memorat, quod sub Ludouico Pio indicauimus: & antea ex Concilio Sueffionensi, sub Childerico Rege, & Pipino Duce, Lupus Ferrariensis Abbas Epistola 24. nomine Odonis Abbatis seu Monasterij Bethlehem frantatis, ad Ludouicum virum clarissimum qui Epistolare in Palatio gerebat officium, Epistola 28. Postquam, inquit, vobis auxiliantibus impetrata licentia ab expeditione Aquitanica, grauatus infirmitate redij: Paulò post: Mihi tamē homines nostros vna cum Comite pagi qui expeditionis officia morte solito exequerentur. Epistola sequēte: homines nostri toto hoc ferè biennio, aut nobiscum, aut soli, generalis expeditionis difficultatibus fatigati, censu rei familiaris in eiusmodi seruitio, effuso, onere paupertatis grauātur, Subueniat itaque illis vestra insignis clementia, & si possit fieri licentiam

Capit. lib.
7. c. 103.
Concil.
Sueffion.
Lup. Ferrar.
Ep. 24.

Lup. Ferrar.
Ep. 25.



domum reuertendi obtineant, vt possint paululum respirare, atq; futuri *Seruitij* rursus impendia præparare. Epistola 32. ad Ludouicum supra dictum: Nisi autem absque periculo possitis *Militarium* hominum nostrorum, nolo vos otium deprecari, quanquam & illis quàm sit necessarium, vltro cognoscitis. Meminit huius rei & Aimoinus Monachus. Annuæ dona seu quæ quotannis ad Regem ab Abbatibus mitterentur, cõmemorat Lupus Ferrariensis Epistola 32. Addo ijs *Precarias* quæ frequentissimè extiterunt hoc sæculo, ac id tantò faciliùs cum sine vllò pudore, sine vlla relligione, Laïci Ecclesias occuparent, ac tum ipsi suo arbitratu quas vellēt *Precarias*, seu Prædia, & villas ad Episcopium aut Abbatiam pertinentes cõcedebant precario, & censu annuo, de quibus posthac differemus. Carolus tandem Gallicanorum Episcoporum precibus victus eiusmodi *Precarias* penitus sustulit Capitulis suis, & desumptum est caput istud è Concilio Meldensi, vbi transcribitur è Synodo apud Lauriacum, in agro Andegauensi: Est autem conceptum ijs

Cap. Car.

Cal. c. 8.

45

Conc. Meldens. c. 21.

ECCLESIE GALLICAN.

verbis; vt *Precariæ* & commutationes tempore viduatarum Ecclesiarum factæ ab his, qui loca Episcoporum occupauerant, rescindantur, & cum authoritate Ecclesiastica vel Ciuili, denuò si fiendæ sunt, fiant. Capite sequenti. A nulla potestate quis cogatur facere *Precariam* de rebus propriè Deo & Sanctis illius dicatis. Paulò pòst. Præcepta Regalia super *Precariis* Ecclesiasticis fieri, nec ratio finit, nec authoritas quolibet modo permittit: quoniam præcepta in iure Ecclesiastico firmare indignum iudicet necesse est Maiestas Regia, nisi ab Ecclesiastico Rectore petantur.

Episcoporum huius sæculi cupiditatem adiungamus, qui cum Laicos Abbatijs inhiare viderent, non tam suauitatem harum deliciarum delibare quàm ijs abunde sitim explere & restinguere vouerunt. Carolus iunior, seu Caluus in sua proclamatione aduersus VVenilonem Archiepiscopum Senonensem, testatur ingratiſſimum Præsulem istum, apud Ludouicum Germaniæ Regem Caroli Calui fratrem præceptum obtinuisse, pro abbacia S. Columbæ in vrbe Senonensi, Clericos Palatii abbacia ù possir.

Caro. Cal. proclamat aduers. VVenil. Archiepis. Senonens.

possidentiarum maximo flagrasse desiderio, testatur Lupus Ferrariensis Epistola 25. Caterum, inquit, fama versatur inter nos Clericos Palatij diuersorum Cœnobiorum sibi dominium optare, atque poscere, quibus nulla sit alia cura nisi vt suæ auaritiæ oppressione seruatorum Dei satisfaciant. Clericos illos Palatij magno in pretio habitos, & pene pari cum Episcopis honore, apparet ex scriptoribus huius sæculi, ac imprimis, Monacho San-Gallensi in historia Caroli Magni, tum ex Carolo Caluo, qui in proclamatione aduersus VVenilonem Archiepiscopum Senonensem, VVenilonē ipsum è numero eorū fuisse docet, & Clericos Cappellæ Regiæ dictos fuisse etiam ex eo loco discimus. De ijs ad Episcopatus promouēdis cum Episcopi decessissent, sic Lupus Ferrariensis Epist. 81. ad Amulum Episcopū Id vestræ, inquit, prudentiæ, Dominus noster Carolus Rex nobis iussit suggerere, nō esse nouitium aut temerarium, quod ex Palatio, honorabilioribus maxime Ecclesijs, procuret Antistites. Abbatias quamplures vni ecclesiastici ordinis viro attribuisse Carolum Caluum

46

Monach. San-Gall. li. 1. de gest. Car. Mag. Carol. Cal. in Procla-

D



ECCLESIAE GALLICAN.

nemo dubitare potest, qui nouerit etiã ab eodem Laïcis concessas fuisse, vt postea dicemus, sed huius rei exempla monstremus. Quatuor ex Regina Hermētrude filios susceperat Carolus, posteriores duos Carlomānum & Lotharium in Clerum cooptari voluit, Carlomanno Abbatia plurimã attributã sunt. De qua re sic Aimoïnus, Carlomānus etiã Regis Caroli filius, & plurimorum Monasteriorum Abbas reputatus, quoniam insidias erga Patrem suum infideliter moliretur, Abbatibus priuatus in Ciuitatē Sylueneſtensē est custodiē mancipatus: Lotharium filiorum Caroli postremū, Abbatem vocat Ado in Chronico ad annū Christi 866.

Aimoïn.
lib. 5. C. 24

47

Ado in
Cronic.

Laïcorum huius temporis sacrilegium suo nunc ordine declaremus, & obseruemus, illud non vnus generis fuisse. Aut enim Laïcis Abbatia integre cōcedebantur, quas in perpetuum possiderent, aut vno tantū anno, vel aliquot annis, modo hãc, modo illam, pro Regis arbitrio, Abbatiam obtinerent, aut denique pluribus Abbatia vna donabatur, cuius varia prędia & villas, varij occuparent. Ordiamur primū



à generalioribus, & audiamus Episcopos Gallicanos Concilio Meldensi cōquerentes apud Carolū Caluum, quod loca specialiùs venerabilia, id est, Monasteria, contra omnem auctoritatem & rationē, ac Patrum suorum seu Regum præcedentium consuetudinē Laïcorum curæ & potestati commisisset. Non est quod putet aliquis hic tantū de Abbatiis agi: etiam Episcopatus & Monasteria Sanctimonialiū Regia cōcessione à Laïcis occupata facile mihi persuadeo, ex iis quæ sequuntur. Loca venerabilia, inquit Patres, & habitū ac ordinem sacrum eis qui ad hoc vocati sunt, viris scilicet ex Clericali & Ecclesiastico vel Monastico ordine religiosi, seu in suo sexu fœminis Deo dicatis, atque deuotis, & in schola Christi eruditis, ad custodiendum & prouidendum committatis. Scrupulum mihi mouet quòd hic Episcopi Gallicani aiunt, Carolum Caluum contra præcedentium Regum consuetudinem Laïcis Abbacias contulisse, cùm in Ludouico Pio Imperatore Caroli ipsius Patre id factum fuisse demonstraerimus. Sed nouum & inauditum quoddam sa-

*Concil.
Meldens.
C.9.*

48



ECCLESIAE GALLICAN.

crilegij genus in possidendis & regendis huiusmodi Abbatijs, ab hominibus Laïcis admissum denotât, & quale fuerit exprimunt ipsi Patres capite sequenti huius Concilij, iis verbis. Peruentum est siquidem ad nos quod auditu lugubre, & dictu nefas, actûque horrible ac nimis triste dignoscitur, quia contra omnem auctoritatem, contra Patrum decreta, & totius Christianæ religionis consuetudinem, in Monasteriis regularibus, Laïci in medio sacerdotum & Leuitarum ac ceterorum religiosorum virorum, vt Domini & Magistri resideant & velut Abbates de illorum vita & conuersatione decernant. Verùm ne quis Episcopus istos sibi meliùs esse maluisse quam alteri suspicetur, & ideo iniquè tulisse Laïcos Abbacias possidere, quas rectiùs ipsi gubernassent Episcopi, sic omnem à se huius prauæ existimationis suspensionem amouent, ea adhibita correctione, hæc autem loca, inquit, sacrata, non ideo ab illis qui ea tenere non debent, occupari prohibemus, vt à nobis illa cupidè possideri quæramus, sed vt hi quibus ea habere licet, licita habeant, & illi qui ad regimi-

*Conc. Mel-
dens. C. 10.*

49



nis onera portanda à Domino vocati sunt, diuina ministeria exequantur. Quin Episcoporum nonnulli hoc tempore huic culpæ affines erant, cùm tam nefariam & impiã Monasteriorum dissipationem dissimularët, etiam vicini, quod eodem loco & Concilio sic testatum habemus, vbi Episcopi eiusmodi non sine acerbitate ita perstringuntur. Quod adhuc habetur flebiliùs quidam Episcoporum è vicino sedentes, & iuxta Prophetam canes muti, non valètes latrare, nec opponerè murum pro domo Israël, hæc scientes silent & surda aure pertranseunt.

Secundo loco demõstrandum nobis est Abbatias Laïcis à Carolo Caluo concessas aliquando, non in perpetuũ, sed anno vno, vel pluribus, & eo pacto, vt qui hoc anno Abbatia istam possidisset, sequenti, in alteram iussu Regio commigraret. Lupus Ferrariensis Episcopus *Lup. Ferr.* stola 23. ad Ludouicum ex parte Odonis Abbatis & fratrum Monasterij Ferrariensis. Meministis, inquit, Zacharia Abbatem hoc anno commissum, quãdo & vestra prudentia intantum nobis fauit, vt penè non nobis, sed aliis com-

ECCLESIAE GALLICAN.

mendaretur. Nunc idem Abbas Dominum Regem adit, quid ei potissimum agendum sit ab eo quaesiturus: habeat igitur vestra insignis industria tenuitatis nostrae considerationem, & dignetur elaborare, ut vel ad locum unde ad nos venit, vel ad alium quemlibet dirigatur, quia, ut rem vobis, uti est, simpliciter fateamur, non mediocriter nos grauant expensae quae illius hominibus tribuuntur. Haec postrema verba Zachariam istum Abbatem Laicum fuisse mihi significant, & illa coniecturam firmanant quae scribit Epistola 92. Fama dispersit, datum nostrum Monasterium Egilberto, quem Laicum fuisse Epistola 91. praecedenti, haec declarant: Largiente Dei gratia aliquantula pace fruimur, nisi quod saeculares quidam qui vellent nostrum inuadere Monasterium, nobis moliuntur insidias. Pudendum vero illud Abbatiam Sancti Mauricij a
 51 Carolo Caluo datam Bosoni Comiti in praemium lenocinij, quod sororem suam Richildem Caluo conciliaffet, quam diu concubinam habuit, deinde ritu solemnij uxorem duxit, ut est apud
 Aimoinum, festiuae nuptiae, Praeclare

Aimoin.

lib. 5. c. 24.



D. Hieronymus. Quorumdam adultera matrimoniis cohæserunt, & ô rem improbam, iidem illis pudicitiam præceperunt qui abstulerant, itaque citò eiusmodi nuptias satietas soluit, cum primum lenocinium libidinis abscessit, quod libebat euiluit.

*D. Hieron.
li. 1. aduers.
Iovinian.*

Tertium & postremum superest explicandum de Abbazia vna pluribus à Rege concessa, & quod eodem redit, 52 de villis & prædiis Abbatiarum à Laïcis occupatis. Aimoinus ait Carolum Cal-

*Aimoin. lib
5. C. 34.*

uum è regno Lothariensi summis quibusdam viris qui eius partes aduersus Ludouicum Germaniæ Regem fratrem suum sequebantur, integras Abbatias, sicut erant, dedisse, aliis verò de Abbazia Martiniana, seu D. Martini Turonensis, quã diuiserat, beneficiola donauisse: Abbatias, nonnunquam vil-

*Aimoin. l.
bidem*

las ad Abbatiam aliquam pertinentes appellari obseruauit, vt videre est in priuilegio Caroli Calui, concessio Abbatiæ seu Monasterio Sancti Germani Parisiensis, apud eundem Aimoinum, eodẽ & capite & libro citato. Adnotat idem Aimoinus hoc loco, Magnates huius temporis sibi addixisse, quæ Abbates

ECCLESIAE GALLICAN.

54 antea ex Monasterij redditibus accipiebant, & statuiffe Decanos qui Monachis regendis præficerentur, ac Primores Abbatis sibi nomē indidisse, & quæ sibi ex rebus Ecclesiasticis vendicarent, propriis militibus distribuiffe & viris substraxisse Ecclesiasticis, Monachis credo tum trāsierat in vota paupertas, cum Monasteriorum bona ad Potentiorū ararium vna & perpetua via irēt, nullas eorum reliquias, nulla fragmēta vel sero victa fastidio illa communis vorago reuomeret, sic cum Pacato Drepanio loqui liceat, Porrò ad partitionē illam singularium Abbatiarum spectat quod conqueritur Lupus Ferrariensis Epistola 42. Abbatia Ferrariensis partem optimam sæculari homini traditā, non regendam sed euertendam. Cella Sancti Iudoci mirificè exercuit Lupum ipsum Ferrariensem Abbatē, quam Carolus Magnus olim Alcuino Flacco ad eleemosinam exhibendam peregrinis commiserat: Lupus scribit hæc Epistola ij. & Alcuinus Epistola 47. quod referendum ad discipulos Bedæ Venerabilis qui è Britannia in Gallia eò loci traiciebant. Ludouicus Pius, roganta

Pacat. in

Panegy.

Theodos.

Mag.

Lup. Ferr.

rango reuomeret, sic cum Pacato Drepanio loqui liceat, Porrò ad partitionē illam singularium Abbatiarum spectat quod conqueritur Lupus Ferrariensis Epistola 42. Abbatia Ferrariensis partem optimam sæculari homini traditā, non regendam sed euertendam. Cella Sancti Iudoci mirificè exercuit Lupum ipsum Ferrariensem Abbatē, quam Carolus Magnus olim Alcuino Flacco ad eleemosinam exhibendam peregrinis commiserat: Lupus scribit hæc Epistola ij. & Alcuinus Epistola 47. quod referendum ad discipulos Bedæ Venerabilis qui è Britannia in Gallia eò loci traiciebant. Ludouicus Pius, roganta



Iuditha charissima coniuge, Monasterio Ferrariensi eandem contulerat, Carolus Caluus Laïco concessit Odulfo Comiti, vt liquet ex variis eiusdem Lupi Epistolis: Lotharius Imperator Caroli Frater illam ipsam Rhuodingo attribuerat. De quâ re Epistola ij. ad Lotharium Imperatorem. Ad hâc Cellam S. Iudoci & similes referendū arbitror caput decimum tertium Capitulorum Caroli Iunioris, seu Calui, quod est eiusmodi. Admonenda est Regia magnitudo de hospitalibus quæ tēpore prædecessorum suorum & ordinata & exulta fuerunt, & modo ad nihilum sunt redacta, Sed & hospitalia Scotorum quæ Sancti homines gentis illius in hoc cōstruxerunt, & rebus pro sanctitate sua acquisitis ampliauerunt, ab eodem hospitalitatis officio funditus alienata. Quod hic dicitur de Scotis ad D. Iudocum qui Britannus erat, pertinet. Cellas ego hîc non tantum hospitalia ^{ss} vellem interpretari, verum & abbatiolas, quæ aliàs Cellæ vocâtur *Aimoïno*, *Aimoïno. lib.* vt supra indicauimus, quas posterioribus *s. C. 34.* sæculis Prioratus ad abbatiam aliquam pertinentes nominamus. In ijs

ECCLESIAE GALLICANÆ

equidem Cellis Religiosos habitasse significatur disertè, loco nūc è Capitulis Caroli Calui adducto, ijs verbis. Etiam ipsi qui ab infantia in eisdem locis, sub Religione Domino militauerint, exinde eiiciuntur, & ostiatim mendicare coguntur. Obiter hic moneo, si quando Abbatia Laïcis aut etiam Episcopis tribuerentur, dici vsitata huius sæculi locutione, conferri cum *honoribus*: Ita supra

Aimon. i. bid.

Caro. Calu. in Proclamat.

Frodoar.

Regino in Chronic.

ex Aimoïno, Abbatia S. Mauricij vna cum aliis *honoribus* Bosoni Comiti concessa. Itidem ex Caroli Calui proclamatione V Veniloni Senonensi Archiepiscopo Abbatia S. Columbæ cum *honoribus* collata, *honorum* nomine prædia & villas ad ipsas Abbantias spectâtes indicat arbitror, & id liquet ex eodem Aimoïno libro quinto historiæ, & apertius apud Frodoardum, qui ad annum 940. narrat Ludouicū Regem ita cum aduersariis Artaldi Remensis aliquandiu Archiepiscopi, egisse, vt fratribus & propinquis eius *honores* quos ex Episcopatu Remensi habuerant redderentur. Eodem pacto Regino ad annum 905. *honores*, id est, possessiones appellat Abbatiarum quas hîc cōmemorat. Sub



Carolo Caluo Rothaldus Sueffionen-
 fis Episcopus in sua ad Nicolaū primū Rothald.
 Episc. Sueff-
 P. R. appellatione, Hincmari Remensis sion. Epist.
 ad Nicol. 1.
 Archiepiscopi factione ab Episcopis P.
 Gallicanis in Synodo damnatus, testa-
 tur sibi oblatos honores, id est Abbatiā,
 vt ipse interpretatur. Calui ea fuisset li-
 beralitas qui Rothaldum adnitente
 Hincmaro Remensi, exosum habebat,
 sed Rothaldus Principis odio clarior
 quam vlla alia re : hinc verum illud D.
 Ambrosij, fœliciùs Episcopos perse- D. Ambr.
 Ora. funeb.
 Valentim.
 Ambros.
 Epist. 24.
 quantur Imperatores quam diligunt,
 hoc est, eodem Ambrosio interprete,
 Epistola 24. Meliora vtique Sacerdoti-
 bus damna quam lucra sæculi sunt, sed
 vereor ne longiùs à proposito digredi-
 ar, ad rem accedo. Tunc tēporis Hugo
 Abbas, Hugonis Capeti Pater comme-
 moratur passim in nostris Annalibus,
 Lupo Ferrariēsi Epistola 88. Is est, ni fal-
 lor qui Abbatum sūmus vocatur. Ex ijs Lup. Fepr.
 rar.
 Viguerij lapsum aduertere licet, qui in 57
 Ludouico Balbo & Carolo Crasso Im-
 peratore, Regibus Francorum: ait Hu-
 gonē Magnum idcirco Abbatis nomine
 donatum à veteribus, quoniam Laïco-
 rum Magnatum primus Abbatiarum

ECCLESIAE GALLICAN.

redditus vturpasset, quod falsum esse
 satis hactenus demonstrauius. Caroli
 Calui variam fortunam, sæpius tamen
 aduersam dum in historia legimus, me-
 minisse oportet, eorū quæ illi prædicta
 fuerāt ab Episcopis Gallicanis, Conci-
 lio Meldensī. Magnopere cauēdum est
 ne tam manifesta relligionis destructio,
 Regni huius fiat desolatio. Suspicor ego
 Carolum Caluū metu & relligione qua-
 dam Diuini Numinis, aliquando etiā
 adhibito voto, sanctè pollicitum, Ec-
 clesiæ dignitatem, auctoritatem, atque
 adeò facultates integrè & illibatè ser-
 uaturum, at Primorum, & summorum
 in Gallia ducum importunitate victus,
 id ipsum præstare non potuit. Attingit
 rem hanc Lupus Ferrariensis Epist. 42.
 ad Hincmarum Remensem Archiepis-
 copum, hoc modo. At si votum, quo
 vobis credo suggerentibus in Ecclesia
 B. Dionisij se obligauit Carolus, ex in-
 regro absque vllius respectu personæ
 Deo persoluisset, &c. Epistola sequente
 ad Ludouicum, in Aula Epistolarum
 magistrū, quem præcellentissimū Ab-
 batem vocat, hortatur eundem vt Re-
 gem sui periculi moneat. Epistola 44.

*Conc. Mel-
 dens. C. 9.*

Lup. Ferr.



Hincmaro Remēsi Archiepiscopo, v-
 reri se scribit ne suis inimicis Rex gau-
 dium pariat exoptatum, subditis au-
 tem suis, illum vnice amantibus, op-
 probrium. Ac paulò antea eadē Episto-
 la. Quod perperā fecit Carolus Rex im-
 mutet, scilicet si postea quam sæculari-
 bus hominibus res Ecclesiasticas imper- 58
 titus est, enumeret quæ seipsum & illos
 post cōsecuta sint incommoda, iratum
 Dominum, nisi sua ei restituantur, esse
 placandum, agnoscat. Ita locum hunc
 deprauatum restituendum existimaui.

LVDOVICO BALBO REGE.

Lvdouicus Balbus Carolum Cal-
 uum Patrem imitatus est, quod iis
 verbis testatur Aimoinus. Ludouicus *Aimoin. li.*
 accepto nuntio de morte Patris sui Ca- *s. C. 36.*
 roli, quos potuit conciliauit sibi, dans
 eis Abbantias & Comitatus, ac villas, se-
 cundum vniuscuiusque postulationem.
 Quo Rege maiore adhuc impietate Po-
 tētiores non vnam, sed permultas Ab-
 batias occupabant. Ita Aimoinus. Inter *Aimoin. li.*
 Bosonem, cuius sororem duxerat vxor- *s. C. 39.*
 rem Caluus, & Theodericum non bene

ECCLESIAE GALLICAN.

conueniebat, propter Comitatum Au-
 gustodunensem, Theoderico, à Rege
 Balbo concessum, quē Boso percupie-
 bat, tandem inter eos mediante Hugo-
 ne Abbate, Hugonis Capeti Patre cō-
 uentum est, vt Boso Comitatum Au-
 gustodunēsem haberet, & Thodericus
 59 Abbatias quas Boso in illis partibus ha-
 bebat in commutationem acciperet.
 Crederem facile Bosonem his Abbatiiis
 donatum à Caluo sororio, de qua re
 nonnihi antea. Ista erat huius seculi in-
 fœlicitas, vt Præfecturæ Abbatiiis com-
 pararentur, quin & Episcoporum ani-
 mos & studia iis artibus, qui esēt regni
 & regij nominis ambitiosissimi, sibi
 nullo negotio cōciliabant Aimoïn^o eo-
 dem loco. Interea Boso, Burgundiæ &
 Prouinciæ Comes persuadente vxore
 sua, quæ nolle se viuere dicebat, si filia
 Imperatoris Italiæ & desponsata Impe-
 tori Græciæ, maritum suum Regem nō
 faceret, partim comminatione cōstri-
 ctis, partim cupiditate illèctis, pro Ab-
 batiiis & villis eis promissis, & post eada-
 tis, Episcopis illarum partium persua-
 sit, vt se in Regem vngerent, & coro-
 narent. Audax mulieris ambitiosę faci-

Aim. lib.
 5. c. 39.



nus & Boso quidem, vxoris verè man-
cipium. Eleganter D. Hieronymus. Qui ^{D. Hieron.}
vxorem habet & debitor dicitur, & esse ^{lib. i. adu.}
in præputio, & seruus vxoris, & quod ^{Iovinian.}
malorum seruorum est, alligatus. Allu-
dit vir sanctissimus ad illud Pauli. Alli-
gatus es vxori, noli querere solutionē. ^{1. Corint.} 7.

LVDOVICO ET CARLO-
M ANNO REGIBVS.

SVb Ludouico & Carlomanno, Lu-
douici Balbi filius pat fuit Ecclesia
Gallicanæ iactura atque superiori re-
gno, vnum duntaxat commemorabo
eius rei exemplum. Gozlinus tunc tem-
poris Parisiensis, Episcopus, Abbas S. 60
Germani Parisiensis extitit, addo etiã
Abbatē fuisse S. Dionysii in agro Pari-
sienfi, quod indicat ni fallor lepida hi-
storia apud Aimoinum, de ficto præce- ^{Aimoin. li.}
pto, seu mandato Caroli Calui Impera- ^{s. c. 37.}
toris & Regis Francorum, quod post
eius mortem vulgatū est, vel vt rectius
dicam excogitatum est, quò mandabat
Abbatiam Sancti Dionysii, Romanæ
Ecclesie donari, quo idcirco confictū
refert Aimoinus, ex communi fama,

ECCLESIAE GALLICAN.

vt Abbatia illa Gozolino Abbati adimeretur. Gozlinus iste vir bellica laude & rei militaris scientia multo illustrior, quam rerum diuinarum cognitione & pascendi gregis sui sollicitudine, fidelem nihilominus suis ciuibus in maximo discrimine nauauit operam, cum Lutetiam obsiderent Normanni. Ciuitatem, vna cum Odone comite Parisiorum & fortiter & foeliciter ad eum tutatus est, vt barbari obsidionem soluere coacti fuerint.

*Aimoïn. li.
s. c. 41.*

Aimoïnus libro quinto Hugonem Comitē vocat, errore librarij, nam quod sequitur, Odonem legendum esse, non Hugonem, demonstrat, cum regem Francorum vocat, nec enim Hugo Magnus Abbas, vnquam Rex Francorum fuit: sed Odo Parisiorum Comes ipseius Hugonis frater, Et paucis interiectis, Odonis nomen habet Aimoïnus.

*Abbo in
obsidion.
Lut. Paris.*

Istud etiam confirmat Abbo Floriacensis, in obsidione Lutetiae Parisiorum quam versibus descripsit, & cui Abbo ipse interfuit. Sub eo Gozolino Episcopo & Abbate permultae Reliquiarum sacrarum translationes factae memorantur, apud Aimoïnum loco adducto, ac
61 tunc temporis D. Mederici Abbatis
apud



apud Lutetiam repertæ Reliquiæ , honestiore loco habitæ sunt.

Mitto Ludouicum nihili & Odonem Francorum Reges , quibus Ecclesiam Gallicanam tâtisper respirasse , non est quod quis credat. Sat sit meminisse, Odonem Regem Francorum, Abbatiam S. Germani Parisiensis , Roberto fratri Parisiorum Comiti donasse, qui exemplo Hugonis Magni defuncti, Abbatis nomen sibi indidit , nec ea contentus, Abbatias S. Crucis , & S. Audoëni Regio priuilegio adiungi curauit, vt refert Aimoinus. Et vt nonnihil de Episcopijs dicamus hoc tempore, Hugoni Lotharij Comitis Prouinciæ filio redditus Metensis Episcopatus , vacantis concessi fuere, Aimoinus.

Aimoin. l. 5. c. 41. vel 42.

Aimoin. l. 5. c. 41.

CAROLO SIMPLICE REGE
ET SEQVENT.

Carolus Simplex, & qui Beatus, non ignota Latinis scriptoribus significatione, dici potest, auxit mirum in modum sacrilegij Laici impietatem.

Haganoni , quem de mediocribus potentem fererat, vt loquitur Frodoardus

Frodoard. in Chronic.

E

ECCLESIAE GALLICANÆ.

62. Remensis Canonicus, Abbatiam Calam, alias Golam, à Rhotilde amita sua, forcu autem Hugonis occupatam, donauit. Monstri simile illud videri potuit, Abbantias fœminis concessas fuisse, sed hæc erant tempora. Voluit Carolus Haganonem sibi prædilectum, Potentioribus quibúsque æquare, quorum opes magna ex parte Abbatiarum, quas possidebant, redditibus cõstabant, hinc nata in Haganonẽ inuidia & odiũ, Hugonis primũ filij Roberti Comitum Parisiorum, ob sibi ademptã eiusmodi Abbatiam quam ab amita expectabat, deinde cæterorum Magnatũ. Apud Cornelium Tacitum, Marcus Terentius Eques Romanus in discrimen adductus, quod Seiani euersi, amicus fuisset, audacter Tiberium Cæsarem sic cõpellat; Non est nostrum æstimare quem supra cæteros & quibus de causis extollas. Tibi summum rerum iudiciũ Dij dedere, nobis obsequi gloria relicta est. Vt vt sit, à Pacato Drepanio meritò dictum est. Nullã maiorem esse Principum fœlicitatẽ, quàm fecisse fœlicẽ & intercessisse inopiẽ, & fortunã vicisse, & dedisse homini nouũ fatum. Neque tamen negauerim, inuidiosum esse, vnũ hominẽ toties optare omnes

Tacit. li. 5

Pacat. in
Panegy.
ad Theodos.
M.



honores interciperere, quemadmodum Senec. Cō-
trouer. 8.
lib. 1. differit Bládus Orator Romanus apud Senecam Patrem in Cōtrouerfiis. Magnates tunc tēporis in regno Frácorum Abbantias occupasse, nimis notum, & ex Frodoardo Remēsi cursim explicabo. In istis tam detestandi sacrilegii castris, primos ordines duxisse videtur Heribertus Comes, qui morte Caroli Simpli- Frodoard.
in Chronice. cis, nostris in Annalib⁹ famosus extitit. Inuaferat Heribertus Comes Archiepiscopatú Remēsem, quē Hugoni filio suo assignauerat, at cū puer esset, utpote quinquēnis, nec per atate Pontificale munus exercere posset, quā situs est Odalricus, Aqueusis quidā Episcopus, cui ab Heriberto Comite cōmendata est Ecclesia Remēsis, ad celebrádū duntaxat Episcopale ministerium, vice Hugonis filij ipsius Heriberti, quoad ille atatem attigisset, legitimæ Episcopali ordinationi necessariam. Interim Odalrico conceditur vtēda Abbatia S. Timothei cū Præbēda Canonica. Sic Frodoardus. Primus quod scia, hic apud nos Cōfidériarius nominatur. Quāquā & hoc tēpore Episcopis attributas fuisse Abbantias nemini dubium esse possit,

E ij

63



ECCLESIAE GALLICAN.

extátque memorádum huius rei exem-
plum apud Reginonem ad annum
Christi 903. Fulco Remorum Archie-
piscopus, Abbatiam S. Vedasti Attreba-
tensis à Carolo Simplice obtinuit, quàm
Rex, Balduino Comiti Flandtiæ ade-
mit, & eam quidem nullo sibi conce-
dente inuaserat, Balduinus cum id æ-
gre ferret, Viminarij cuiusdam opera,
Fulconem Archiepiscopum interfici
curauit. Rodolphus Rex Burgundiæ, &
Francorum etiam, factione quorun-
dam Magnatum nominatus, aduersus
Carolum Simplicem, Abbatiam S. Me-
dardi Sueffionensis, ademit Heriberto
Comiti, meminit paulò antea Frodoar-
dus, Ingranni Decani Abbatia S. Me-
dardi sub Heriberto Comite & Abbate.
Ista sub Ludouico Caroli Simplicis filio
contigerunt, què nostri Ultramarinum
vocant, sub quo etiam, cum Rodolphus
Rex Francorum & Burgundiorum, Ar-
taldum Monachū, S. Remigii Remensis
in Archiepiscopū Remensem cōsecrari
curasset, paulo post cū variè fuisset agi-
tatus, Hugone Duce curate, Archiepis-
copatu cedere coactus est, & Hugoni
Heriberti Comitis filio restitutus, ita

*Frodoard
in Chronic.*

tamen vt duas ad vitā tuendā Abbantias,
vnā S. Basoli, alterā Aruerinacū dictam,
ipsi Artaldo Hugo Archiepisc. cōcesserit,
& ea lege vt aliud Episc. ipsi prouideretur.
Sic Frodoar. Præclare nūdinationes huius æui. Abbatias ea tunc vis inerat,
ea gratia, vt iis mediantibus omnes,
& in Ecclesia, & in sæculo dissentiones,
& rixæ cōponerentur. Bennoni Metēsi

Frodoard.

Episcopo euirato & luminibus priuato,
Abbatia quædam, sustentationis gratia

Frodoard.

tribuitur: Ludouicus Rex, aut pater eius
Carolus Simplex, Abbatiam. S. Mariæ
apud Laudunū donauerat Oginæ vxori
suæ, matri ipsius Ludouici, sed cum defuncto
marito Carolo Simplice, illa nupsisset
Heriberto Comiti, iratus Ludouicus Rex
ablatam matri Abbatia Gerbergiæ vxori
dedit; Auctor Frodoardus.

6.

*Frodoard.
in Chronic.*

Contagione morbi istius infectam esse Germaniam iis temporibus lubens demonstrarem, si instituti mei ratio sinneret me tantisper digredi à proposito, saltem liceat monuisse luem istam per Galliam tot annos lōge latēq; peruagatam, tandem in Germaniam penetrasse, non minori clade quam nostrarū Galliarum Synodo auctoritate Papæ apud



ECCLESIAE GALLICANÆ.

Eglehem Frodoardi, fortè Ingelhem, ex Gallicanis & Germanis Episcopis coacta, tractata sunt quædam necessaria de Ecclesiis, quæ Presbiteris in partibus Germaniæ dabantur, imò vendebantur indebitè, & auferebantur à Laïcis illicitè, vt scribit Frodoardus. Historiam vnâ eamque notatu dignissimam describã, quæ anxio de ea re Lectori sufficere possit.

*Frodoard.
in Chronic.*

65 Zundibolchus Reginoni, Zuëdebal-
dus Sigeberto, & Gundebaldus V Vase-
burgio in Annalibus Austrasianis, Rex
Lothariësiū, Monasterium ad horrea,
& Monasterium S. Petri Metensis ade-
merat Stephano Gerardo, & reliquis
Comitibus, & ea sibi vëdicauerat, vt ha-
bet Regino ad annum 897. Anno de-
hinc 900. Gundebaldus Rex commisso
cum ijs Comitibus prælio occisus est,
quo quidem prælio illud memoria di-
gnum occurrit, & haud scio an vnquam
aliàs, veneno illitis gladiis pugnatū est,
vt adnotat Sigebertus, anno 903. in quo
dissidet à Reginone in ratione annorū.
Deinde Gerardus & Mathfridus Comi-
tes, bello petiti à Conrado Comite ob
vsurpata beneficia seu *honores*, vt vocat

*Regino in
Chronic.*

*Sigebert. in
Chronic.*

Regino, Abbatiarum Sancti Maximini
& S. Marię ad horrea, Et aurum est istud
verè Tholosanum.

Italiam omitto, quanquã & huic mor- 65
bo fuisse obnoxiam satis apertè probari
potest & vnũ proferam, quò id constet.
Ioannes Nonus, Põtifex Romanus, Ca-
rolo Simplice Rege Frãcorum, Conci- Concil Ra-
lio Rauennatensi sic statuit. Plebes Ec- wennat.
clesiã, id est Paroëciã, nullatenus aut part. 2. c.
Comitibus aut Episcoporũ vassallis aut 10.
vllis Laïcis in *Beneficia* tribuantur. Quid
si Laïci eo tempore non abstinebant à
Paroëciis, an credere fas est eos pro cu-
iũsque dignitate & auctoritate absti-
nuisse ab Episcopatibus & Abbatiiis.

Refert Iulius Capitolinus militem Capitol. in
quendam Romanum, arculam auream verò.
in templo Appollinis apud Babylonẽ
effregisse, vnde spiritus adeò teter & pe-
stilens inde eruperit, vt primũ Parthos,
deinde ceteras totius orbis prouincias
peruagarit, hoc ipsum de sacrilegio Lai-
corum in Beneficiis Ecclesiasticis inua-
dẽdis meritò vsurpare possum, cum siue
à Francis nostris, siue ab alijs duxerit
exordium, ad remotissimas quãsq; re-
giones peruenerit. In Ecclesiã Orienta-

ECCLESIAE GALLICAN.

li & Imperio Constantinopolitano id factū esse non ita notū, & tamē fortasse Francorum dedit hanc contagio labem. Illud tamen in primis præmonuisse Lectorem oportet, non tantam fuisse apud Græcos Episcopatum & Abbatiarum dissipationem, nec tantam Laicorum in ijs inuadendis & vsurpandis audaciam & impietatem, quantam apud nostros, sed tamen non satis piè, & sincerè in ijs curandis sese gessisse videamus. Primū quidem Concilij Trullani Canonem quadragesimum nonum expendamus, ex castigatiore Herueti translatione, qui est eiusmodi. Hunc etiā sacrum Canonem renouantes decernimus, vt quæ Episcopali voluntate semel consecrata fuerint Monasteria, semper Monasteria maneant, & res quæ ad ipsa pertinet Monasteria seruentur, & ea nō possunt esse ampli⁹ sæcularia habitacula, nec ab ex vllō omnibus sæcularib⁹ tradi hominibus, sed etiam si hoc huc vsque factū est, hoc nequaquam seruandum decernimus, eos autem qui in præsentia & deinceps hoc facere aggrediuntur, Canonum quoque pœnis subijci Balsamo ad hunc locum renouari duntaxat

67
*Concil.
 Trullan.
 c. 49.*

Canonem vigesimum quartum Concilij Oecumenici Calcedonensis existimat, ego plura indicari arbitror.

Certum est Canonem Calcedonen-
Concil.
Calced. 6.
24.

sem id proloqui ijs verbis. Quæ semel voluntate Episcopi consecrata sunt Monasteria, perpetuò maneat Monasteria, & res quæ ad ea pertinent seruari, eaque non amplius fieri sæcularia habitacula. Plura continet Canon Trullanus, videlicet, ea non debere ab ullo sæculari possideri, quanquam enim Monasteria in sæcularia habitacula conuerterentur, vt antea adnotauit Concilium Calcedonense, nihilominus sub potestate Episcopi permanere poterât. At vbi postea collabente Ecclesiæ Orientalis dignitate & maiestate, Græcorum Primoribus, inter se de imperio ambitiosissimè & mutuis quidē Imperatorum cædibus, dissidentibus, in
 68
 sæcularium seu Laïcorum potestatem venerunt Monasteria, ea tanquam propria ipsi sibi vendicarunt. Hoc fuit Laïci, aliquo pacto sacrilegij exordium in Oriente sub Heraclio Iustiano Constantini Pogonati filio, sub quo Synodus in Trullo habita est, an-



ECCLESIAE GALLICANÆ

no Christi 686. vt adnotat eruditissimus Onuphrius, Childerico 2. Francorum Rege. Non dubium quin isto abusu qui pridem inualuerat, & damnatus est aliqua ex parte Concilio Calcedonensi, Martiano Imperatore, apertam fuisse ad Sacrilegam impietatem, quæ postea sæquuta est, fenestram. Sed vlteriùs progrediamur & apertiùs demonstramus apud Orientales, Laicos vsurpasse nõ Monasteria modò sed etiam ipsos Episcopatus. Concilio Nicæno secundo vniuersali, sub Constantino & Irene matre, Rege Francorum Carolo Magno, Sic habetur. Quoniam per eam quæ fuit propter peccata nostra in Ecclesiis calamitatem, Sacro-sanctæ quædam Ædes à quibusdam viris arreptæ sunt, & Episcopatus, & Monasteria, & facta sunt communia diuersoria, si qui ea occupant, volunt reddere, vt in pristinum statum restituantur, bene & pulchrè habet, Sin minus, si sunt quidem Sacerdotalis ordinis eos deponi iubemus, si autem Monachi vel Laici, segregari, vt qui sunt condemnati à Patre & Filio, & Spiritu sancto, & ponantur ybi

Concil.
Nicæn. 2.
c. 13.
69



vermis non moritur, nec ignis extinguitur, quia voci Dominicæ aduersantur, quæ dicit, Nolite facere domum Patris mei domū negotiationis. Theodorus Balsamo huius Canonis edendi causam istam assignat, quod eo tempore hæretici Iconomachi, pulsus Episcopis & Abbatibus vna cum Religiosis Catholicis, Episcopatus, & Monasteria inuasissent, quæ nemo ad ædes duntaxat illorū referri debere existimet, cum hæreticis maior sit possessionum sacrarum quam ædium possidendarum cupiditas, & cum ex Patriarcha Antiocheno discamus, Episcopos, & Religiosos Orthodoxos, excitata aduersus eos persecutione ab Hæreticis, profugos in sylvas & remotiora queque loca sese abdidisse. Quis non videt tum hæreticos Iconomachos in prædia & redditus Ecclesiarum rapacissimas manus iniectisse. Non ego sectarios nostræ gentis cum istis hac in parte comparo, nec in eos alioquin nostræ Ecclesiæ opum auidissimos stylum acuosæ ego profecto insanirem, qui vellem cum iis ratione contendere, quorum verba in pugnis sunt, syllogismi in calcibus, vt aie-

ECCLESIAE GALLICANÆ

bat de sui temporis hæreticis, maximus ille Eusebius, Hieronymus.

*D. Hieron.
lib. 2. ad-
uers. Ioni-
niam.*

Canonis illius Nicæni, vt ad illum tandem redeam, interpretationem seu coniecturam meam, non tantum de hæreticis, sed & Laïcis alijs firmabo, ex libro primo sententiarum Synodaliũ

*Sentiẽt. Sy-
nodal. lib. 1.
titul. Sergij
Patriar.*

Græcarũ, titulo Sergij Patriarchę Constantinopolitani, sub Basilio & Constantino fratribus Imperatoribus, quocitatur etiam Canon Trullanus, & ea sententia Patriarchalis Monasteriorum donationes Laïcis fieri solitas refert, quas priuata auctoritate factas dānat, probat autem adhibito Episcopi & Imperatoris consensu. Balsamo, decretum istud Sergij Patriarchę citat in ex-

70

*Theod.
Balsam ad
C. 1. Con-
sil. 1. 2.
Constant.
Prouinc.*

plicatione Canonis Nicæni huius, Imperatores autem Bizantinos fundos & prædia Ecclesiarum Laïcis aliquando cōcessisse, Balsamo ipse nobis comprobabit qui ad Canonem primum Synodi Constantinopolitanę Prouincialis, sub Photio Patriarcha vel Ignatio, quæ prima hæc secunda vocatur, & semper hoc nomine citatur à Constantino Harmenopulo in Epitome Iuris Canonici, scribit Emmanuelem Cōmenum Im-

peratorem statuisse, ne cuiquam liceret immobilium Ecclesiasticorum, de ijs enim agitur, vt superiora indicant, donationes quas ab Imperatore accepissent vel acciperent, ad alios transmittere quam ad personas Senatorij ordinis vel thematis seu dignitatis militaris, hæc sub annum Christi 1143. Miror hæc auream Bullam Emmanuelis citari à Balsamone in ipsius Ecclesiæ pernicië, cum in Nouellis Imperatorum Græcorum, nonnullæ extant eiusdem Emmanuelis, quibus illum in bonis ad Ecclesias pertinentibus & iis immobilibus conferuandis summam adhibuisse solitudinem perspicimus. Non sum nescius Græcos Imperatores nimium sibi indulgisse in rebus Ecclesiæ tractandis. Scio eosdem Ecclesiasticas dignitates non semel viris Laïcis tribuisse, qui tamen postea in Clerum adsciti fuerunt, sic, vt multos alios taceam, Paulus tertius huius nominis Patriarcha Cōstantinopolitanus, qui Laïcus erat & à se-⁷¹cretis Iustiniano Imperatori, Patriarcha creatus est ab ipso Imperatore. Photius etiam Laïcus & Senator contra Ignatium virum sanctissimum crea-



ECCLESIAE GALLICANÆ.

tus Patriarcha Bizantinus, cuius causa
 commissa sunt inter se Occidentalis &
 Orientalis Ecclesiæ. At quod spectat
 ad Abbantias vnà cum Episcopatu pos-
 sessas ab ipsis Episcopis, religiosius
 multo quam nostri, sese gesserunt Græ-
 ci. Extat aurea Bulla Alexij Comne-
 72 ni Imperatoris Constantinopolitani,
 Aui ipsius Emmanuelis de quò supra,
 anno Christi 1081. quà concedit Epif-
 copis, antea Religiosis & in Monaste-
 rio degentibus, si modò Episcopatus
 qui illis electione obtigisset, tenues es-
 sent redditus, aut quod ab hostibus, vt
 pote tunc temporis Muhamedicis es-
 sent Episcopatus ipsi occupati, Abba-
 tias quas ante electionem regebant,
 vel Adelphata, vel alia denique officia
 retinere, vnde fructus aliquos percipe-
 73 rent. *Adelphata* vocat portiones Mona-
 sticas seu fraternas. Est & illud obser-
 uandū *oppinia*, voce Latina Græcis vsur-
 74 pata, in isto edicto nominari, cuiusmo-
 dietiamnum apud nos in Regiis & No-
 bilissimis quibusque Abbatibus reperiū-
 tur, quibus fūdi & villæ vrēdæ sunt assi-
 gnatæ, idem etiam apud Græcos, & in
 Ecclesia Orientali ex hoc loco apparet,

Duplex credo Græcos Laïcos hæc rerum Ecclesiasticarum possidendarum incesserat cupiditas. Vna quod Laïcis nimium notæ essent Ecclesiarum facultates, cum eas tanquam Oeconomi administrarent, vnde illis inditum fruendi desiderium, cautum idcirco Concilio Calcedonensi, ne Laïcus Oeconomi munus gereret, résque tractaret Ecclesiasticas, sed placuit vnum è Clero ad id muneris eligi. Oeconomum deinceps Græci in Episcopatibus & Monasteriis ad posteriora vsque tempora habuerunt, vt videre est in Nouellis Ecclesiasticis Imperatorû Bizantinorum.

Cöcil. Calced. cap. 24.

75

Dicam obiter, nostros diu retinuisse in Ecclesiis, præsertim Cathedralibus, Oeconomum, cuius rei fidem facit Caput è libro I. Capit. vbi & Oeconomi, & Archioeconomi fit métio: est que petitum è Nouellis Iustiniani, ac meminit Photius in Nomocanone. Fulbertus Episcopus Carnotensis, sub Roberto Rege, Hugonis Capeti filio, Epistola 67. qui nominat Aurelianësis Ecclesiæ Oeconomum, & Epistola 70. Sanctæ Crucis Oeconomum.

Capitul. lib. 2. c. 29.

Antent. de Ecclesiis. Can. Pho.

tit. 2. Nomocan.

Erat & altera causa cupiditatis istius



ECCLESIAE GALLICANÆ
non probæ, quam mihi indicat Canon
primus, Concilij Prouincialis Con-
stātinopolitani, sub Ignatio & Photio,
de quo suprâ, cuius Canonis hæc sum-
ma. Nonnulli suis copijs & facultatibus
nomen Monasterij imponentes, & eas
Deo sanctificare professi, eorum quæ
consecrata erant sese Dominos esse ia-
ctabant, ac parem in ijs rebus auctori-
tatem sibi vsurpabant post cōsecratio-
nem, quantam antea. Vnde factum, vt
multa ex iis quę fuerant consecrata vē-
derent, aut ad alios trāsmitterent. Præ-
clara certe cauponatio, quę pietatē cœ-
pit & desiit in impietatē. Nec dubium
quin transmissio hæc Monasteriorum
tumultuaria, studio eorum qui condi-
tores essent, ad hæredes velut quadam
serie propagata, illos incitarit & inflam-
marit, ad perpetuum harum rerum, ex
quibus plurimum emolumentum perci-
perent, vsum & possessionem; hæc ratio
nostros nimium excitauit Gallos. Ista
prima origo, vt mihi videtur Patrona-
tus Laïci, & praxis quidem in Oriente.

77 Nimium diu à nostra Gallia abfui-
mus & apud exteros commorati quasi
lenimentum doloris nostri in alienis
malis

marit ad perpetuum harum rerum, ex quibus plurimum emolumentum perciperent, vsum & possessionem; hæc ratio nostros nimium excitauit Gallos. Ista 77. prima origo, vt mihi videtur Patronatus Laïci, & praxis quidem in Oriente.

Nimium diu à nostra Gallia absumus & apud exteros commorati, quasi lenimentum doloris nostri in alienis malis recensendis aliquod cœpisse videmur, Redeo itaque ad Gentem nostram & pro patriæ charitate non referam Laïcorum qui Episcopatus, qui Abbacias vsurparint, infœlicem exitum, nec ego tam mei, tam Gallici nominis oblitus, qui luctuosam & planè horrèdam texam historiã, Discant nostri, vtinã alieno magis quam suo & suorum exemplo, nullum, paucis admodum demptis, ex horum sacrilegorum numero, sine cæde & sanguine, addo & veneno ex hac in aliam commigrasse vitã.

Hugo Capetius, id diligenter obseruat, & ideò aliorum miserè pereuntium vestigijs territus, ad maiora, ait *Aimoin. lib. 5. C. 34.* meliora addere potuit, vocatus Diuino Abbatia S. Germani Parisiensis, quam hæreditario veluti iure

ECCLESIAE GALLICAN.

possidebat reliquit, & Lothario Rege probate, electus est à Monachis Cualo Abbas, qui pratum sub ipso Monasterio situm à dominatione. S. Germani alienatum, cupiditate prædictorum Ducū & Abbatum, prædictæ Ecclesiæ restituit. A Principe gentis suæ Reges Capetij integrè admodum & purè res Ecclesiasticas tractare didicerunt, quæ res imperij diurnitatem qualè in vlla alia familia Regum orbis Christiani reperire nõ queas, fœliciter illis peperit, quam in fines sæculorū proroget Deus. Contrà vero alijs Principibus eiusdè sæculi ad saniorè mentem Hugonis exemplo redire nolentibus, pernitiè etiam vidente & in-tuente Capetio eiúsque filio ac nepote, res huiusmodi attulit.

Lego interim Episcopos primo illo Capetiorū Regū ævo nõ tam religiose sese gessisse prout decuit & Abbatias etiã cū Episcopatu retinuisse, ita Fulbertus, Gauglinum Archiepiscopū Bituricensem & Abbatem salutat Epistola 20.

79 Et quod ad sacrilegiū Laicum pertinet, Fulbertus ipse paulum vehementior est in Lysiardum Archidiaconum Parisiensem, qui cum esse deberet oculus Episcopi sui, dispensator pauperum, catechi-

fator insipientium, stipem pauperū, suo Episcopo incōsulto, sēculari militiē tradebat Epist. 14. Narrat ipse Epist. 22. Episcopos Parisienses antehac vsūfructū Altariū Laicis tradidisse, atq; Epist. 42. Francū Parisiorū Episcopū, qui de ea re apud Fulbertū cōquestus fuerat aliquādo, acriter reprehendit, quod idē Francus Fulberto persuadere niteretur vt Laico alicui altare in beneficiū cōferret.

Verumenimuerò quam Laici sui sa-⁸⁰ crilegij iustam causam & rationem prætexere possint audiamus, sed quidquid illud sit video, vel crimen istud ab ijs excusari, vel in alium trāsferri. Rectè Portius Latro eloquentissimus, apud Senecam Patrē, Qui defendit crimen auditur tanquam reus, qui trāsferret tanquā accusator. Malo autē loco est qui habet rei fortunam accusatoris inuidiam. Sed bellas istas excusationes primum expēdamus, Abbates aliquot nobis vt fungos & stipites obiiciunt & ab aliis etiam, non paucis dolent boni viri, istas Ecclesiarum facultates dilapidari, & minus recte absumi, verū huic quærelæ Episcopi Gallicani Conc. Meldēsī aptissimè ^{Concil. Melden.} satisfecerunt, iis verbis, Et si locorū sac-

ECCLESIAE GALLICAN.

rorū Præfetti minùs perfectè & in Di-
uina religione, & in Reipublicæ vtilita-
te profecerint, aut corripiàtur, aut me-
liores & vtiliores in locis eorum substi-
tuàtur, & nō propter prauorū nequitiã
ordo religionis & loca sacratissima, eis
quibus licitum non est, commitantur.
Alludit ad posteriorem expostulationē
Isidorus Pelusiota ad Serenū Tribunū,
dum ipsi Tribuno concedit Sacerdotes
qui rebus sacris improbè vtantur, graui
fese apud Deum crimine obstringere,
attamen pernegat Laïcorum esse id-
ipsum curiosiùs peruestigare, atque
cum Ecclesiæ quidpiam donatur, con-
tumeliam huic pię & religiosæ largi-
tioni irrogari, si qui donauit modum
& rationem, qua pecunia expenditur
sacra, exquirat. Largiores & amplio-
res suas iactant elemosinas, quam quæ
ab ipsis Antistitibus fiant, paucos ex
Laïcis istis hoc morbo laborare video,
& qui sunt hac liberalitate conspicui,
audiant illud Isidori Pelusiotæ. Non
quisquis vult benignè facit, sed is qui
vt Deo dignum est sacrificium, & ac-
quisiuit, & promisit, & longe istud ini-
quius videri debet, cum ex alieno non

Isidor.
Pelus. lib.
I. Episto-
la 187.

Isidor. Pe-
lusiot. lib.
I. Epistola
229.

fuo isti tam liberales existant, an necessum est idcirco misellos monachos exdorsuare, exēterare, exossare vt aliis benefaciant pauperibus, quid commuerunt Religiosi, vt qui ex illis Laïcis crudeliores existunt, nullū puriūs splendidīusque credāt aurū quam illud quod dent dolētes quod Monachorū lachrymæ non amniū aquæ abluerint, quemadmodum alio argumēto dixit Pacatus. Magna est certè sæculi nostri infœlicissimi corruptela, non est, fateor, Gallorū nostrorum dūtaxat ista impietas, video Hispanos, Germanos & alios Gallaticari, vt ar voce Tertulliani, siue Gallos imitari, sed piē D. Hieronym. Peccantiū multitudo non parit errori patrociniū, ac numerus peccātium culpam non minuit, nec in personis, sed in rebus est accusatio. An non præstat, aiunt nonnulli, Laïcos qui sint Orthodoxi, ipsa possidere Ecclesiastica beneficia, quam Ecclesiæ Catholicæ hostes. Neutrum, hos negatores sinamus, illos moneamus ex Lactantio, Religionem, Majestatem & honorem metu constare: nec in sincerā & Catholicam fidem ac pietatem benè affectos videri, nisi Deum huius aliquā.

*Pacat
Drepā. in
Panegy. ad Theo.
dos. M.
Tertull. de
Ieiunio,
cōtra P. f. 3
chie.*

*D. Hier.
rō. Episto-
la 66. ad
Ruffin. Et
Apolo. ad-
uer. Ruf.*

*Lactant.
lib. de ira
Dei. C. 8.*



ECCLESI GALLICANÆ

*Timot. scilicet
in Octava
iii.*

*Lactant. lib.
de ira Dei.
C. 20.
Senec. in
consolatione
ad Marcum.
C. 19.*

*Senec. lib.
7. quest.
nat. C. 31.*

do sacrilegij ultorem reformident. Instillabo eorum animis lubens illud Minutij Fœlicis, Dei quanto iudicium tardum tanto magis iustum est, Addo & istud Lactantij. Nemo iudiciũ Dei potest nec viuis effugere nec mortuis, Seneca etiã Stoïcus Philosophus, è cuius etiã lectione nemo non nisi melior aut doctior rediit vnquam, risit inferos, & inferorum cruciatus, & fabulam appellauit, habet etiã suæ sententiæ defensores nõ paucos hoc sæculo, ne quis cum homine doctrinam extinctam putet. Illud dixit olim idem ipse Seneca. Nondũ tota se nequitia protulit, adhuc in processu vitia sunt, sed quod maiorestoto agebant animo, nos tandẽ perfecimus vt pessimi essemus. Deũ res humanas curare quis hoc tempore credit? pauci admodum, quos aut rerũ præteritarum non dissimilium historia erudierit, aut vltrix Nemesis miserandum in modum docuerit, aut sincera puraque Diuini Numinis relligio, à Maioribus quasi per manus tradita, castè integrèque seruata, ad rectè de huius vniuersi gubernatione sentiendum informarit,

Et supersunt innumeri qui cum improborum res florentes, bonorum afflictas cernant, omnia fortunæ ludibrio, tribuant, Diuinæ Prouidentix nihil, crebró que illud de rerum humanarum administratione iactent.

Scilicet is superis labor est, ea cura quietos.

Sollicitat.

Sanctissimi Mediolanensis Episcopi Ambrosij in
2. respons.
ad Sym-
mach. aurea sententia illis est inculcanda. Nemo sibi de absentia bládiatur, prasertior est qui se animis inserit quàm qui oculis protestatur: At ne quis fallatur, exemplis minimè caremus quibus Deus præpotens, & virgam vigilantem penes se habere & ollã peruicacioribus nostris sacrilegis succensam parasse demonstrauit. Refert ex communi fama Petrus venerabil. lib.
2. Miracul.
C. I. Petrus Venerabilis, Abbas Cluniacensis Comitem quendam Matisconensem in Lugdunensi prima, Ecclesiarum redditus, fundos, & prædia vsurpari solitum, & inde sacras ædes vastitate & solitudine, cū à Canonicis & Monachis desertæ essent, corruisse, tandem interdium & suis videntibus à Cacodæmone abreptum, & asportatum, vbi acerbissimas & sempiternas sui sacrilegii poenas, illum dare

ECCLESIAE GALLICAN.

Hebræ. 10.

credere fas est. Expertus est, inquit Petrus, scripturæ sacræ sententiam dicentis, horrendum est incidere in manus Dei uiuentis, & quia nequitia eius non occulta, sed publica, nõ cum timore sed audacia Deum prouocauerat, non latenter, sed publicè, nõ tantum inuisibiliter, sed etiam visibiliter, terribile factus est Principibus in exemplum. Addit & Petrus ipse ad maiorem historię fidem, ostiũ palatii quo egressus fuerat eques Cacodæmon vna cum Comite etiam equite, lapidibus postea à ciuibus ipsis obstructum, & pro infami ac scelerato loco habitum, atque cum aliquãto post Orgerius VVilelmi Comitis Præpositus locum perpurgare & ostium patefacere vellet à Cacodæmone in aëra sublatum & diu agitatum toto corpore collisum in terrã decidisse, quæ res auxit religionem & merum ac priscam illam de sublato Comite famã vt verissimam confirmauit. Scribit Bugnonius, Guilelmum Alemannũ Comitem Matiffanum seu Matisconẽsem, res Ecclesiæ sacrilega audacia inuadentem, cœlesti fulmine ictum, circa annum millesimum & ceteresimum, tempore belli sacri

*Bugnon. in
Chro. vrb.
Matiff.*



precipuo Duce Godofredo Bononien-
 si, hinc natam historiam de Comite illo
 à Dæmonerapto, àliquis credere pos-
 sit, Aliter picturam rei gestæ, apud
 Dominicanos Matisconenses nihil mo-
 ror. Nonnullis ampliores Ecclesiæ
 redditus & opes maximæ, cupiditatem
 sitimque Laïcis ingenerauerūt, sed ve-
 lim eos istud discere, Si, vt ait Seneca
 Pater, in foro & honoribus ipsa quæ
 sperantur timenda sunt, quanto magis
 quæ in Ecclesia & Ecclesiæ Præfetu-
 ris non dicam legitime postulandis,
 sed contra fas & ius omne inuaden-
 dis, occupandis, & quod grauius, dissi-
 pandis. Narrat Seneca in Arcadia aquã
 reperiri, quæ nec odore nec sapore su-
 spicionem vllam ingereret, & tamen
 epota citissime enecaret, illa inquit ad-
 uenas fallit, quia non facie, non odore
 suspecta est, qualia sunt magnorum ar-
 tificũ venena, quæ deprehendi nisi mor-
 te non possunt, nõ aliter Beneficia Ec-
 clesiastica, quæ licet noxiam vim nul-
 lam præ se ferant, Laïcis tamen inuaso-
 ribus aliquando etiam citra vllam præ-
 sensionem extremam afferunt perni-
 ciam. Malum imminens à venefico, A-

*Senec. in
 Præfat. lib.
 2. Contro-
 uers.*

*Senec. lib. 3.
 Quæst. na-
 tur. C. 25.*

*Apuleius,
 Apolog. 1.*



ECCLESIAE GALLICAN

puleio , pernicies cæca & ineuitabilis nuncupatur, quod aptissimè ad Beneficia Ecclesiastica à Laicis possessa transferri potest, cuius rei tot suppetunt exēpla etiā apud nos, & in nobilissimis quibusdā familiis, vt null^o sit qui hoc nesciat

*Seneca cō-
tron. 3. lib.
10.*

Transferunt alii culpam hanc in nostras ciuiles turbas, sed quæ ab iis tumultibus iusta sacrilegii defensio peti potest. Prudēter Labienus apud Senecam Patrem. Optima ciuilis belli defensio obliuio est, at quæ obliuio, cū per vim, per iniuriam, addo per scelus, alienis occupatis & extortis Beneficiis Ecclesiasticis, perpetuò bellorum ciuiliū præteritorum memoria reuiuiscit. Sunt & qui Principis benignitate ac liberalitate sese tueantur, sed cur non & suas præces oportunas & difficillimis temporibus vehementiores efflagitationes ac querelas commemorent, ac si nullū aliud esset rerum ab iis fortiter & bene pro Principis salute & imperio gestarū præmium, quam in Ecclesia quæredum. Ij profecto non satis sapere videntur, si quidem auctore Plinio, in Principe rarum & insolitum est, vt se putet obligatum, aut si putet, amet, quanto rectius si

*Plini. in
Panegyric.
ad Traian.*

fi se à Principe diligi malint, quam vt
 Principem sibi plurimum deuinctum
 esse palam pronunciet, imò apud ipsum
 expostulent, quasi beneficij loco id
 Princeps habere debeat, quod se, quod
 suos, pro capite, pro fortuna Principis
 deuouerint. In aurem verbum vnum
 illis. Non est beneficiũ, sed officium fa- *Senec. Cõ-*
 cere quod debeas, apud Senecã Patrẽ. *tron. 5. lib.*
 Quidni ergo Princeps ab iniustis & il-^{2.}
 legitimis possessoribus hæc poterit Ec-
 clesiastica beneficia repetere, sed con-
 tra æquitatis regulam id fieri dicent,
 elegantissimè, & relligiosissimè Arno- *Arnobius*
 bius. Cùm de animarum agitur salute, *lib. 2.*
 ac de respectu nostri, aliquid, & sine ra-
 tione faciendum est. Sed qui ego qui in
 Principis sacrarium penetrare ausim? *Tacit. lib. 5.*
 Scitè Tacitus, Abditos Principis sensus,
 & si quid occultius parat exquirere in-
 licitum, anceps nec ideò adsequare,
 Perorauit, & mihi caput hoc præcipuũ, *Plin. in*
 Simplex cunctaque prospera comple- *Panegyric.*
 xum votum est. *ad Traian.*
 SALVS PRINCIPIS.

Explicit.

EX CAROLI M. HLVDOVICI

ET LOTHARII AAA ET RR.

Francorum, Capitular. lib. VII.

C. CIIII.

NOVIMVS multa regna, & Reges eorum propterea cecidisse, quia Ecclesias spoliauerunt resque earum astauerunt, abstulerunt, alienauerunt, vel diripuerunt, Episcopisque & Sacerdotibus, atque quod magis est, Ecclesiis, eorum abstulerunt, & pugnantibus dederunt. Quapropter nec fortes in bello, nec in fide stabiles fuerunt, nec victores extiterunt, sed terga multi vulnerati & plures interfecti verterunt, regnaque & regiones, & quod peius est regna caelestia perdiderunt.

CAPITVL. LIB. VI.

C. LXXXIX.

*C*upidos sanctarum rerum, ignis
qui in eis est fauillofus exurit.

Paulò pòst.

Videant vastantes res Ecclesie, n-
ab illo, si se commoueat, vastentur, cue
ius percussione[m] montium dorsa ferre
non possunt.

CAPITULUM VI

213

Quod si quis in hac parte
aliquid fecerit, non sit in
potestate.

Paulo 60.

Quod si quis in hac parte
aliquid fecerit, non sit in
potestate.




Extrait du Priuilege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy, il est permis à Barthelemy Macé marchand libraire à Paris, d'imprimer & exposer en vente vn liure Paris, d'imprimer & exposer en vente vn liure intitulé, *Veteris Ecclesie Gallicana querela*. Et s'ont faictes deffences à tous libraires, imprimeurs & autres, d'imprimer ou faire imprimer vendre ni distribuer ledit liure d'autre impression que de celle dudit Macé, & ce iusques au temps & terme de six ans finis & accomplis, sur peine de confiscation desdits liures par eux imprimez ou vendus, & d'amende arbitraire comme plus amplement est contenu és lettres patentes dudit priuilege, Donnée à Paris le 26. iour de Feurier, l'an de grace 1603.

Par le Roy en son conseil.

DE LA YETZ,





ALVENSLEBEN

Ba

145





VETERIS
ECCLESIAE
GALLICANAE

h

IOAN
Theolog

Apud BAR
sub

